CATALOGUS

CODICUM HAGIOGRAPHICORUM

LATINORUM

BIBLIOTHECAE VATICANAE

SUBSIDIA HAGIOGRAPHICA. 11

Albertus PONCELET, S. I.

CATALOGUS CODICUM HAGIOGRAPHICORUM LATINORUM BIBLIOTHECAE VATICANAE

BRUXELLIS
APUD SOCIOS BOLLANDIANOS
22, Boulevard Saint-Michel
1910

*BHG*². = *Bibliotheca hagiographica graeca*. Editio altera emendatior. Bruxellis, 1909.

BHL. = *Bibliotheca hagiographica latina antiquae et mediae aetatis*. Bruxellis, 1898-1901.

Catal. Lat. Brux. = *Catalogus codicum hagiographicorum bibliothecae regiae Bruxellensis*. Pars I. Codices latini membranei. Bruxellis, 1886, 1889. Tomi duo.

Catal. Lat. Paris. = *Catalogus codicum hagiographicorum latinorum antiquiorum saeculo XVI qui asservantur in bibliotheca nationali Parisiensi*. Bruxellis, 1889-1893. Tomi quattuor.

Catal. Lat. Rom. = *Catalogus codicum hagiographicorum latinorum bibliothecarum Romanarum praeter quam Vaticanae*. Bruxellis, 1909.

Mir. BVM. = *Index miraculorum B. V. Mariae* editus in Anal. Boll. XXI. 241-360.

PRAEFATIO.

Novem seriebus codicum latinorum paulatim locupletata est Bibliotheca Vaticana, et quidem hoc ordine, quem in eis proferendis etiam secuti sumus. Prima series, et numero, et momento ceteris praestantior, constat ipsis Vaticanis, quorum numerus in dies accrevit usque ad 10777 volumina ; quibus accesserunt anno 1623 Palatini (numero 2015), anno 1657 Urbinates (num. 1767), anno 1690 Reginenses (num. 2103), anno 1746 Ottoboniani (num. 3394) et Capponiani (num. 286), anno 1891 Burghesiani (num. 381), tandem anno 1902 Borgiani (num. 760) atque Barberiniani (num. 9890). Quorum omnium etsi indices manu scripti alii uberrimi, alii ieiuni (v. gr. codicum Reginae Sueciae), in ipsa bibliotheca viris doctis undique convenientibus evolvendi praebebantur, optandum tamen erat ut typis darentur catalogi quibus etiam extra bibliothecae aulas cognosci possent quaecumque in tanta librorum copia conservarentur monumenta biblica, theologica, historica, litteraria, alia. Quod immensum opus, iubente et favente Leone XIII Pont. Max. feliciter inceptum, impigra cura agunt scriptores bibliothecae doctissimi. Ut autem de solis codicibus latinis loquamur, anno 1886 Palatini 1-921 (1), *anno 1897 Capponiani omnes* (2), *nuper vero multo maiore cum diligentia et doctrina Vaticani 1-678* (3) *et Urbinates 1-500* (4) *sunt recensiti, atque aliae etiam series vel prelum subierunt vel saltem prelo sunt paratae.*

Quia tamen plurimorum annorum labore indefesso opus erit ut ea summa industria, qua nunc fit, thesauri illi proponantur, e re visum est ut cunctos libros hagiographicos more nostro

(1) Henricus Stevenson iunior. *Codices Palatini latini bibliothecae Vaticanae,* tomus I. Romae, ex typographeo Vaticano, 1886. Non possum quin moneam editorem in assignanda codicum aetate quandoque graviter esse lapsum.

(2) Giuseppe Salvo Cozzo. *I codici Capponiani della biblioteca Vaticana.* Roma, tipografia Vaticana, 1897.

(3) Marcus Vattasso et Pius Franchi de' Cavalieri. *Codices Vaticani latini.* Tomus I. *Codices 1-678.* Romae, typis Vaticanis, 1902.

(4) Cosimus Stornajolo. *Codices Urbinates latini.* Tomus I. *Codices 1-500.* Ibid., 1902.

evolveremus atque horum catalogum uno volumine complecteremur. Quod ut fieret, non solum permisit, sed ultro etiam auctor fuit, praeeunte bibliothecae protectore viro eminentissimo Cardinali Rampolla del Tindaro, coetus virorum doctorum administrandae bibliothecae constitutus.

Ut autem, quantum in nobis erat, utilem operam rei hagiographicae et historicae cultoribus conferremus, sicut alibi, ita hic etiam, breviter indicatis codicum mole, forma, aetate et, ubi fieri poterat, origine, toti in id incubuimus ut documentorum in eis contentorum rationem quam accuratissimam redderemus. Ad quod paucis praestandum, quotienscumque usus erat, Bibliothecam hagiographicam latinam (= BHL.) *attulimus, in qua singulorum libellorum editiones omnes ita recensitae sunt ut ex ineditis etiam ea saltem non neglegerentur quae virorum doctorum commentationibus iam facta essent notiora.*

Ipsi vero in praecipuo nostro labore, in conferenda, inquam, cum libris editis multa et varia illa codicum suppellectile, mirum in modum adiuti sumus egregia prorsus copia librorum — " biblioteca di consultazione „ vulgo dicitur — quae ab aliquot annis in vicinis aulis in promptu data est illis qui codicibus bibliothecae Vaticanae utuntur. Ut enim id, occasione oblata, candide fateamur, etsi in conficiendis catalogis quanta possumus diligentia codices evolvimus et examinamus, multum tamen abest ut in omnibus bibliothecis praesto sint subsidia quae laborem non dico levent, sed saltem quadamtenus adiuvent. In paucis siquidem, v. gr. in Nationali Parisiensi et in Regia Monacensi, ad usum lectorum propositi sunt libri, non tot certe quot in Vaticana, bene multi tamen et selecti; in aliis non ita multi, sed optimi atque valde utiles, ut Romae in Casanatensi. In plerisque pauci vel nulli praesto sunt, atque ex alia parte bibliothecae, datis litteris, singula volumina quibus quis opus habet sunt exquirenda; quod etiam in iis locis, in quibus nimia observantia non viget et libri petiti commode ac cito afferuntur, sine magna temporis iactura fieri non posse liquet. In aliis demum bibliothecis, etsi servabantur codices et veteres et pretiosi, nullum in tota domo librum nobis utilem, non Acta Sanctorum, *non Mignii Patrologiam, ne Surii quidem volumina repperimus, ut ad arduum opus nostrum perficiendum solis adiuvaremur libris paucis et indicibus manu scriptis quos nobiscum*

attuleramus, atque cogeremus plurima in adversariis nostris annotare quae alibi cum libris editis conferremus. De codicibus igitur huiusmodi bibliothecarum, etsi saepe iis examinandis multo maiorem laborem longiusque tempus impendimus, tam accurate a nobis rationem redditam non esse, quam oporteret, nemo mirabitur. Atque haec in transitu sint dicta.

Porro in hoc catalogo nonnulla opera more nostro praetermisimus, quae hic indicanda videntur :

1) *vix non omnes libellos, quamvis vere et proprie hagiographicos, qui post annum 1500 sunt compositi ; quamquam paucos quosdam variis de causis in catalogum recipiendos esse censuimus ;*

2) *opera non proprie hagiographica, quorum tamen capita aliqua vel etiam multa de singulis sanctis agunt ; cuiusmodi sunt Libri pontificales seu de vitis pontificum Romanorum, Ravennatum, Neapolitanorum ; item homiliae seu sermones singulorum sanctorum patrum simul collecti, inter quos aliquando reperiuntur narrationes hagiographicae, puta sermones S. Augustini de miraculis S. Stephani* (BHL. *7868-7872*) ; *item Aldhelmi carmina de laudibus virginum, atque alia similia. Ubi autem in legendariis atque in aliis etiam codicibus cum Vitis et Passionibus sanctorum seorsum exscripta sunt singula capita operum alias a nobis neglectorum, ea tunc neglegenda non duximus* (1) ;

3) *libellos quos prima specie hagiographicos crederes, qui tamen reapse sunt ioculares seu satirici, ut est ille qui legitur in codice Palatino 242, fol. 63-73, de translatione reliquiarum SS. Rufini et Albini.*

4) *Sed alia forsan incauti praeterivimus, quae nec debebamus nec volebamus. Etsi enim multum tempus insumpsimus in examinandis amplissimis indicibus manu scriptis, quos in bibliotheca servari diximus, vix speramus nihil intentum in quaerendo animum fugisse. Sic, v. gr., non praetereundus erat codex*

(1) Simili modo codices neglexinus in quibus Evangelium Nicodemi, vel sermo Hieronymi, ut fertur, de assumptione B. V. Mariae, vel Vita Caroli Magni auctore Einhardo, nullum vero aliud documentum hagiographicum legebatur ; sed eosdem libellos recensuimus ubi cum Vitis seu Passionibus sanctorum simul offerebantur.

Vaticanus 6299, saec. XVII, qui continet Petri Diaconi librum de ortu et vita iustorum coenobii Casinensis. Ad quod apographum recens, quod opus genuinum neque integre neque fideliter exhibet (1), *parata est unica, quae adhuc prodiit, totius operis editio* (2).

Postquam illustrissimae bibliothecae codices a tot saeculis sedulo excusserunt viri docti cum Romani, tum exteri quam plurimi, vix ulla supersunt documenta alicuius pretii quae ex his eruta et typis edita non sint. Quosdam tamen libellos ad hoc usque tempus neglectos, qui neque tam parvi momenti essent ut non aliquando ederentur, neque tanti ut seorsum in clariore luce merito ponerentur, in appendice ad catalogum, quo loco nullus aptior videbatur, protulimus.

Ad levandum huius catalogi et conficiendi et typis edendi laborem cum eximii praefecti bibliothecae R. P. Francisci Ehrle benevolentiam, tum aliorum virorum doctorum atque amicorum operam multum contulisse grato animo profitemur. De codicum aetate ubi dubium oriebatur, saepe consilio suo nobis adfuit Marcus Vattasso scriptor bibliothecae Vaticanae clarissimus nobisque carissimus. Domum autem reduces cum eadem de re iudicium expeteremus viri in re palaeographica peritissimi Henrici Marriott Bannister, non solum illud utilissime suppeditavit amicus optimus, sed vix non omnes catalogi plagulas ultro neque sine fructu perlegit. De codicibus vero manu beneventana scriptis sententiam suam rogatus non semel dixit, qui in hac difficili provincia est apprime versatus, v. d. E. A. Loew.

Bruxellis, III kal. iulias MCMX. *A. P.*

(1) Insunt in operis codice autographo (Casinensi 361) Vitae maiores *BHL.* 6861, 7675, 622, 8951, 3295, 251. In apographo autem Vaticano deest Vita *BHL.* 251 atque multis in locis aliae Vitae contractae sunt et corruptae. Cf. E. Caspar, *Petrus Diaconus* (Berlin, 1909), p. 31-32.

(2) A. Mai, *Scr. vet. nova coll.*, t. VI, 2, p. 245-80 ; inde *P. L.*, t. CLXXIII, col. 1065-1116.

I. CODICES VATICANI LATINI

CODEX 25 (olim 2794)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 450 (0^{m},231 × 0,157), paginis bipartitis vel etiam tripartitis (fol. 433^{v}-449^{v}) exaratus saec. XIII.

(Fol. 331^{v}-334^{v}) <Passio Fratrum Machabaeorum> = *BHL.* 5111.

CODEX 44 (olim 2301)

Membraneus, foliorum 198 (0^{m},319 × 0,215), exaratus saec. XII.

(Fol. 73-73^{v}, al. man. saec. XII) <Miraculum imaginis B. Mariae in Sardenai>.

Inc. *Tempore quo Graeci terram promissionis inhabitabant, fuit apud Damascum quaedam venerabilis matrona* — Des. *Miraculosum hoc etiam aestimabimus quod increduli de oleo sancto accipientes id quod accipere videntur perdant, et credulis de die in diem crescat. Ista translata sunt de armario Sardani et veraci stilo scripta. Testantur autem hoc ita esse priores templariorum et alii religiosi quam plures tam latini* (add. al. man.) *quam teutonici, tam clerici quam laici, qui hoc oculis suis viderunt et manibus tractaverunt. Sunt autem CCC et plus anni impleti quod primum revelata est ista yconia gloriosa. Amen. Require miracula post finem Marci latini* (nulla tamen sunt miracula infra post Evangelium S. Marci). — Cf. *BHL.* 5409.

CODEX 197 (olim 2448)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 179 (0^{m},354 × 0,230), exaratus saec. XV.

(Fol. 171^{v}-176^{v}) <Passio S. Cypriani ep. Carthaginensis> = *BHL.* 2041.

CODEX 198 (olim 176)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 165 (0^{m},357 × 0,253), paginis bipartitis exaratus an. 1449 a fratre Iohanne Baptista de Francia, civitatis Trecasinae. monacho S. Benedicti Ordinis Montis Oliveti (cf. fol. 163^{v}).

(Fol. 159-163^{v}) Vita et martyrium beati mart. Cypriani Carthaginensis episcopi... = *BHL.* 2041.

CODEX 200 (olim 2458)

VATIC. 200. Membraneus, foliorum 260 (0m,325 × 0,230), exaratus an. 1456 a Georgio Kynninmonth Scoto ad mandatum Philippi cardinalis Bononiensis (cf. fol. 258).

1. (Fol. 240-246) Vita S. Cypriani = *BHL.* 2041.

Reliquis omissis, des. in med. c. 15: *nobis pro devotione fidei gloriosum, gentibus et dolendum (P. L.,* t. III, col. 1495 A).

2. (Fol. 246v-247) De martyrio S. Cypriani Carthaginensis episcopi = *BHL.* 2037.

Inc. *Ex die qua Cyprianus martyrium tulit, ordo martyrii eius hac lectione monstratur et declaratur. Cum Cyprianus sanctus martyr electus* etc. ut *BHL.* 2039. — Omissis ultimis sententiis, des. *cum voto et triumpho magno, regnante Domino... Amen.*

CODEX 248

Membraneus, foliorum A, B, C et sign. 127 [fol. 15 bis] (0m,247 × 0,163), exaratus saec. XII.

Erat olim *Liber Sancte Marie Belle Vallis* (fol. 125, 126, cf. fol. Bv, 125v), dioecesis Vesontionensis.

(Fol. 122-124v) Vita S. Paulae edita a S. Hieronymo presb. = *BHL.* 6548.

Foliis perditis, des. mutila in c. 7 extr.: *quibus antequam proficisceretur cuncta largita est, exheredans (P. L.,* t. XXII, col. 882 A).

CODEX 274 (olim 129)

Membraneus, foliorum 200 (0m,25 × 0,17), exaratus saec. XV.

(Fol. 42v-55v) Paxio S. Eugeniae virginis et SS. Proti et Hyacinthi eunuchorum eius.

Ipsa versio *BHL.* 2666 aliquantum ab Ambrosio Traversari correcta. Cf. ad cod. 404.

Inc. *Septimo consulatu suo Commodus imperator direxit* (cod. *dilexit) Philippum illustrem virum ad Aegyptum* — Des. *Claudia vero domum rediens mandavit filiis suis verba Eugeniae beatissimae. Die vero sancto dominicae, consummatis divinis mysteriis, orans tradidit spiritum in pace. Quam tollentes filii eius, iuxta sanctam Eugeniam sororem suam dignissime locarunt, plurimique gentilium per illos postmodum conversi sunt ad Dominum Iesum Christum. Nam eruditissimi cum essent atque fidei calore succensi, facile religionis falsae praestigiis revictis, veram religionem audientium cordibus inserebant. Ex quo factum est ut cotidie plurimos diaboli laqueis eriperent et Christo Domino

rationabiles oves offerrent. Plures autem annos postea vixerunt in timore Dei, et ipsi ad aeternam vitam migrarunt, glorificantes sanctam et individuam Trinitatem nunc et semper. VATIC. 274.

CODEX 278 (olim 137)

Membraneus, foliorum 150 (0m,365 × 240), paginis bipartitis exaratus saec. XII (fol. 1-141, 143v-150) et saec. XIII (fol. 141v-142v).

Erat olim *Liber Sanctae Mariae Belle Vallis* (in integumento ad calcem codicis, manu saec. XIII).

(Fol. 141v-142v) Passio S. Victoris Massiliensis = *BHL*. 8573.

Pagina non impleta, des. mutila: *Regna superna tenes, sapiens qua lege refrenes (P. L.*, t. CLXXI, col. 1621 B).

CODEX 281 (olim 2513)

Membraneus, foliorum 225 (0m,370 × 0,254), paginis bipartitis exaratus *per manum fratris Andree de Serazonibus de Mediolano ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augustini... anno Domini 1374* (fol. 78v).

Fol. 225v : *Iste liber est Rmi d. cardinalis Bononiensis tit. Sancti Laurentii in Lucina, emptus a Baptista de Brarellis Ianuense.*

(Fol. 134v-135) Dicta B. Ambrosii translata de graeco in latinum de B. Petro Romae apostolo et Simone mago = *BHL*. 6668.

Reliquis omissis, des. *ut, si possit, mortuum resuscitaret (= Bibl. Casin.*, p. 239, col. 1, lin. 6 a fine).

CODEX 287 (olim 2508)

Membraneus, foliorum 310 (0m,41 × 29), paginis bipartitis exaratus *ad instantiam... D. Philippi episcopi Albanensis, sacrosancte Romane ecclesie cardinalis Bononiensis ac Maioris Penitentiarii, per Laurentium Spreuwe clericum Morinensis diocesis de Monte Sancti Winnoci in Flandria anno salutis M°. CCCC°. LXX°., XVII mensis marcii, apud Sanctum Laurentium in Lucina in palatio prefati cardinalis...* (fol. 307v).

1. (Fol. 84v-90v) Liber de vita, ortu et obitu sanctorum patrum qui in Domino praecesserunt = *BHL*. 6544.

Reliquis omissis, des. in primo verbo c. 64.

2. (Fol. 243v-252v) Liber eiusdem (B. Ambrosii) de obitu fratris sui Satyri sancti = *BHL*. 7509.

CODEX 297 (olim 2516)

Membraneus, foliorum A et sign. 49 (0m,217 × 0,140), exaratus saec. XV.

VATIC. 297. (Fol. 1-18ᵛ) Liber B. Ambrosii archiepiscopi Mediolanensis de morte Satyri fratris sui = *BHL.* 7509.

CODEX 307 (olim 2473)

Membraneus, foliorum 120 (0ᵐ,249 × 0,173), praeter chartaceum unum in capite, exaratus saec. XV.

(Fol. 112-116ᵛ) Sermo de inventione capitis S. Iohannis Baptistae secundum Iosephum = *BHL.* 4293.

CODEX 308 (olim 713)

Membraneus, foliorum 73 (0ᵐ,316 × 0,205), exaratus saec. XIV.

(Fol. 1-72ᵛ) Liber gestorum Barlaam et Iosaphat servorum Dei graeco sermone editus a Iohanne Damasceno, viro sancto et erudito = *BHL.* 979.

CODEX 309 (olim 2524)

Membraneus, foliorum A, B et sign 154 (0ᵐ,202 × 0,145), exaratus saec. XIV. Erat saec. XIV *Liber Colucii* (Salutati) *de Stignano* (fol. 153).

(Fol. 1-153) Liber Barlaam de vita monachorum, quem composuit Iohannes Damascenus = *BHL.* 979.

CODEX 314 (olim 139)

Membraneus, foliorum 247 (0ᵐ,368 × 0,255), exaratus anno 1439 (cf. fol. 197ᵛ).

(Fol.198-209) Liber beatissimi Ambrosii, doctoris eximii, Mediolanensis episcopi, de morte B. Satiri fratris sui, sive de resurrectione liber primus = *BHL.* 7509.

CODEX 321 (olim 2353)

Membraneus, foliorum A et sign. 189 [fol. 10 et 128 bis] (0ᵐ,343 × 0,280), paginis bipartitis exaratus tribus manibus saec. X.

(Fol. 189ᵛ, saec. XII) Passio S. Anastasiae mart. = *BHL.* 401.

In hac pagina olim vacua exscripta est ultima pars Passionis inde ab |*isit et universos inde deposuit* (= *Bibl. Casin.*, p. 184, col. 1 extr.)

CODEX 327 (olim 41)

Membraneus, foliorum 113 (0m.259 × 0,165), exaratus saec. XV a Brunone Iohannis de Davantria, Traiectensis dioecesis, decretorum doctore urbis Patavinae, in gratiam Petri de Monte episcopi Brixiensis (fol. 113v, cf. fol. 72v), cuius erat Bruno servitor et perpetuus commensalis. VATIC. 327.

(Fol. 73-113v) Vita S. Silvestri papae et confessoris = *BHL.* 7725-7730, 7733, 7735, 7731, 7736.

CODEX 328 (olim 20)

Membraneus, foliorum A et sign. 1-129 [fol. 125 bis] (0m,284 × 0,200), exaratus saec. XV.

(Fol. 128-128v) Praefatio de laude sanctissimi et eximii doctoris Hieronymi presb.

Est brevis laudatio doctrinae S. Hieronymi cum elencho praecipuorum illius operum. — Inc. *Licet sanctissimi Hieronymi vitam et pro parte mores ac exitum gloriosum necnon ingentia miracula exinde secuta beatus Syrillus scribens beatissimo Augustino rescripserit... Extant insuper laudes compositae cum omni veritate et maturitate per spectabilem et praestantissimum doctorem sacrorum [atque] canonum atque iuris civilis legum dominum Iohannem Andree de Calderinis, ex inclita Bononie civitate oriundum* — Des. *In Ageum librum unum. Inter quattuor igitur ecclesiae praecipuos doctores, vitae et morum elegantia propensata, vir tantae sanctitatis et scientiae indubie meruit computari.*

CODEX 334 (olim 2375)

Membraneus, foliorum sign 46 et A (0m,388 × 0,279), paginis bipartitis exaratus saec. XII in.

(Fol. 45-46v, al. man. saec. XII) Praefacio B.Mariae Magdalenae.

Lectiones, quorum principium (lectiones I-VI) sunt ipsa Vita *BHL.* 5443, id est prologus (qui linea a rubricatore vel a librario neglecta inc. *L<icet plerisque relationis series prolixi>oris huius materiae stilo compendiose scribere mandavimus qualiter...*) et Vitae partes prima et postrema, ut editae sunt apud FAILLON, col. 433-36, omissa parte media.

Sequitur (lect. VII,VIII) brevis locus e Vita *BHL.* 5439 excerptus, qui inc. *His igitur breviter praelibatis, ad beatae Mariae Magdalenae constantiam* (= FAILLON, col. 566 med.), addita adhortatione, quae des. mutila : *ita et per beatam Mariam Magdalenam opprobrium fe|*

CODEX 342 (olim 2370)

VATIC. 342. Membraneus, foliorum A, B et sign. 1-382 [folio 29 omisso] (0^m,347 × 0,247), exaratus saec. XV.

Fol. B-B^v et 210-211 descriptus est index operum.

1. (Fol. 1-10) Epistola B. Hieronymi ad Paulam et Eustochium de assumptione B. Mariae virginis.

P. L., t. XXX, col. 122-42.

2. (Fol. 18-22^v) Epistola Hieronymi ad Eliodorum consolatoria de morte Nepotiani sui = *BHL.* 6057.

3. (Fol. 26^v-30) Hieronymus ad Occeanum de morte Fabiolae epistola = *BHL.* 2817.

4. (Fol. 51^v-52) Hieronymus ad Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

5. (Fol. 52-53) Hieronymus ad Marcellam de vita Asellae = *BHL.* 723.

6. (Fol. 54^v-57) Epistola B. Hieronymi ad Principiam virginem de vita S. Marcellae = *BHL.* 5222.

7. (Fol. 83^v-91^v) Hieronymus ad Eustochium consolatoria de morte S. Paulae = *BHL.* 6548.

8. (Fol. 347^v-348^v) Epistola B. Hieronymi ad Paulam consolatoria de dormitione Blesillae = *BHL.* 1367.

CODEX 344 (olim 2331)

Membraneus, foliorum A et sign. 1-556, 561-601 (0^m,355 × 0,255), paginis bipartitis exaratus saec. XV, curante, ut videtur, Theodoro Lelio auditore apostolico (fol. 1)

Fol. 1-9 descriptus est index libellorum.

1. (Fol. 107^v-121) Sermo B. Hieronymi ad Paulam et Eustochium ac virgines reliquas de assumptione gloriosae Dei genitricis....

P. L., t. XXX, col. 122-42.

2. (Fol. 353-354) Epistola ad Marcellam Hieronymi de laudibus Asellae... = *BHL.* 723.

3. (Fol. 379-382^v) Ad Principiam virginem de obitu et vita Marcellae... = *BHL.* 5222.

4. (Fol. 399^v-403) Vita Pauli primi eremitae = *BHL.* 6596.

5. (Fol. 454-466) Vita S. Hilarionis a S. Hieronymo edita = *BHL.* 3879.

6. (Fol. 466-469) De monacho captivo editus a S. Hieronymo presb. = *BHL.* 5190. Vatic. 344.

7. (Fol. 496v-503) Epitaphium Nepotiani ad Heliodorum ep... = *BHL.* 6057.

8. (Fol. 503-507) B. Hieronymi ad Paulam consolatoria super dormitione Blesillae filiae suae... = *BHL.* 1367.

9. (Fol. 516-520) Epitaphium Fabiolae ad Oceanum inscriptum... = *BHL.* 2817.

10. (Fol. 520-521) B. Hieronymi ad Marcellam de exitu Leae... = *BHL.* 4809.

11. (Fol. 522v-535v) Beatissimi Hieronymi presb. in vitam, obitum ac res gestas Paulae sanctae ac venerabilis feminae... = *BHL.* 6548.

12. (Fol. 561-570v) Vita beatissimi Hieronymi presbyteri, quam quidam devotus et suorum operum studiosus ex illius et aliorum scriptis excerpsit = *BHL.* 3873.

13. (Fol. 570v-595v) Epistola B. Eusebii ad B. Damasum Portuensem ep. et ad Theodosium Romanorum senatorem de morte B. Hieronymi doctoris eximii = *BHL.* 3866.

14. (Fol. 595v-600) Epistola B. Augustini Hipponensis ad Cyrillum Hierosolymitanum ep. de magnificentiis B. Hieronymi = *BHL.* 3867.

CODEX 348 (olim 16)

Membraneus, foliorum A-F et sign. 450 (0^m 399 × 0^m,279), exaratus Florentiae anno 1449 a Iohanne de Machariis Veneto (fol. 450, cf. fol. F).

Fol. A-F descriptus est index libellorum.

1. (Fol. 221v-222v) Epistola Hieronymi ad Marcellam de vita Asellae = *BHL.* 723.

2. (Fol. 225-229) Epistola Hieronymi ad Principiam virginem de vita et obitu S. Marcellae = *BHL.* 5222.

3. (Fol. 353-354) Hieronymi ad Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

4. (Fol. 367-383) Hieronymi ad Eustochium epytaphium seu epistola consolatoria de dormitione sanctae ac beatae Paulae, matris suae = *BHL.* 6548.

5. (Fol. 396v-411v) Sermo S.Hieronymi de assumptione S.Mariae virginis ad Paulam et Eustochium.

P. L., t. XXX, col. 122-42.

VATIC. 348. **6.** (Fol. 442-449v) Liber de infantia Salvatoris a S. Hieronymo de hebraeo translatus in latinum.

Praemissa responsione Ps.-Hieronymi *BHL.* 5334, inc. *Una die admonitus est in sopnis Iosep ab angelo* (cf. *BHL.* 5335, cap. XVII med.) et des. ut in codice Monacensi de quo TISCHENDORF, 2a ed., p. 110 extr.

CODEX 349 (olim 2341)

Membraneus, foliorum A et sign. 392 (0m,369 × 0,248), exaratus anno 1468 a Iohanne ten Lande de Reeys, Coloniensis dioecesis, iuris utriusque scholaris (fol. 392).

Fol. 1-3 descriptus est index libellorum.

1. (Fol. 88v-89v) Ad Eliodorum episcopum epitaphium Nepotiani presb. = *BHL.* 6057.

Reliquis omissis, des. *Et labor et dure rapit inclementia mortis* (= *P. L.*, c. 14 med.)

2. (Fol. 89v-101) De epitaphio S. Paulae ad Eustochium virginem Christi = *BHL.* 6548.

3. (Fol. 147v-148) De morte S. Leae = *BHL.* 4809.

4. (Fol. 148-149) De Asella = *BHL.* 723.

5. (Fol. 168-171) De morte Fabiolae = *BHL.* 2817.

6. (Fol. 215-218) Ad Paulam consolatoria super morte Blesillae = *BHL.* 1367.

Reliquis omissis, des. *ut salva esses excepi* (= *P. L.*, cap. 6 extr.)

7. (Fol. 221v-224v) Ad Principiam virginem de vita vel obitu S. Marcellae = *BHL.* 5222.

8. (Fol. 291v-294) Ad Paulum senem de vita Malchi monachi captivi = *BHL.* 5190.

9. (Fol. 294-297) De vita Pauli primi heremitae = *BHL.* 6596.

10. (Fol. 297) Epitaphium dicti Pauli primi heremitae = *BHL.* 6597.

CODEX 350 (olim 2351)

Membraneus, foliorum A et sign. 213 (0m,342 × 0,240), paginis bipartitis exaratus anno 1431 a Laurentio Erasmi de Slezia, dioecesis Wratisslawensis (fol. 211v).

Fol. A-Av descriptus est index epistularum.

1. (Fol. 179-179v) Ad Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

2. (Fol. 179v-180) Ad Marcellam de vita Asellae = *BHL.* 723.

3. (Fol. 182v-184v) Epistola Hieronymi consolatoria ad Paulam de morte Blesillae = *BHL.* 1367.

4. (Fol. 184^v-188) Ad Heliodorum episcopum epitaphium Nepotiani presb. = *BHL*. 6057. Vatic. 350.

5. (Fol. 188^v-190^v) Hieronymus ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL*. 2817.

6. (Fol. 191^v-193) Ad Principiam virginem de morte Marcellae = *BHL*. 5222.

CODEX 351 (olim 44)

Membraneus, foliorum A-D et sign. 218 (0^m,249 × 0,170), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

Fol. A-C descriptus est index epistularum.

1. (Fol. 53-55^v) Epistola consolatoria ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL*. 2817.

2. (Fol. 64-72) Epitaphium S. Paulae a S. Hieronymo editum = *BHL*. 6548.

3. (Fol. 95^v-99) Ad Eliodorum episcopum epitaphium Nepotiani presb. = *BHL*. 6057.

4. (Fol. 108^v-111) Epistola S Hieronymi consolatoria ad Paulam de dormitione Blesillae = *BHL*. 1367.

5. (Fol. 184-184^v) Hieronymus ad Marcellam de exitu Leae = *BHL*. 4809.

6. (Fol. 184^v-185) Hieronymus ad Marcellam de vita Asellae = *BHL*. 723.

7. (Fol. 185^v-188) Hieronymus ad Principiam virginem de vita Marcellae = *BHL*. 5222.

8. (Fol. 208-211^v) Sermo S. Hieronymi presb. ad Paulam et Eustochium de assumptione beatae <et> gloriosae virginis Mariae.
P. L., t. XXX, col. 122-42. — Reliquis omissis, des. *cum omni colunt tripudio amoris et gaudii. Amen* (*P. L.*, c. 14 sub in.).

CODEX 352 (olim 2333)

Membraneus, foliorum A-D et sign. 396 (0^m,395 × 0,275), exaratus saec. XV.

Fol. A-C^v descriptus est index epistularum ; quem non secutus est qui paginas conglutinavit, ita ut postea aliquorum foliorum numeros mutaverit. Hos, non indicem, secuti sumus.

1. (Fol. 36^v-39^v) Epistola S. Hieronymi presb. ad Paulam de morte filiae = *BHL*. 1367.

2. (Fol. 128^v-133) <Epitaphium B. Nepotiani> = *BHL*. 6057.

CODEX 353 (olim 2339)

Vatic. 353. Membraneus, foliorum sign. 233 [fol. 116 bis] (0^{m},329 × 0,227), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 83^{v}-89) < Epitaphium B. Nepotiani > = *BHL.* 6057.
2. (Fol. 131-131^{v}) < Laudatio B. Leae > = *BHL.* 4809.
3. (Fol. 131^{v}-132) < Laudatio B. Asellae > = *BHL.* 723.
4. (Fol. 132-135^{v}) < Vita S. Marcellae > = *BHL.* 5222.

CODEX 354 (olim 48)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 1-329 [fol. 101 et 250 bis, fol. 168 praetermisso] (0^{m},375 × 0,255), exaratus saec. XI.

Fol. A-B^{v} descriptus est saec. XI index operum.

1. (Fol. 254-260) Ad Heliodorum episcopum epytaphium Nepotiani presb. = *BHL.* 6057.
2. (Fol. 307^{v}-311^{v}) Consolatoria Hieronymi ad Paulam de dormitione Blesillae = *BHL.* 1367.
3. (Fol. 312) Epytaphium Paulae = *BHL.* 6548.

   Non exscripta est vel certe non superest nisi pars postrema Vitae inde ab epitaphio : *Scipio quam genuit...*

4. (Fol. 313^{v}-317^{v}) Hieronymus ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL.* 2817.
5. (Fol. 317^{v}-318) Ad Marcellam de exitu Leae Hieronymus = *BHL.* 4809.
6. (Fol. 318-319) Item ad Marcellam Hieronymus de vita et obitu Asellae = *BHL.* 723.
7. (Fol. 321-325) Ad Principiam virginem de vita S. Marcellae = *BHL.* 5222.

CODEX 356 (olim 2352)

Membraneus, foliorum 191 (0^{m},403 × 0,325), paginis bipartitis exaratus manu beneventana saec. X.

Est haec altera pars codicis amplioris, cuius pars prior iam pridem seorsum conglutinata est (= cod. 355). Erat olim *Sancti Martini* (cfr. cod. 355, fol A^{v}).

1. (Fol. 148-153^{v}) Ad Heliodorum episcopum [d]epithaphium Nepotiani episcopi = *BHL.* 6057.
2. (Fol. 158^{v}-162^{v}) Consolatoria Hieronymi ad Paulam de dormitione Blesillae = *BHL.* 1367.

3. (Fol. 162^v-175) Epitaphium S. Paulae a S. Hieronymo editum = *BHL.* 6548. Vatic. 356.

4. (Fol. 176^v-180^v) Hieronymus ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL.* 2817.

5. (Fol. 180^v-181) Ad Marcellam de exitu Leae Hieronymus = *BHL.* 4809.

6. (Fol. 181-182) Item ad Marcellam Hieronymus de vita et obitu Asellae = *BHL.* 723.

7. (Fol. 184-187^v) Ad Principiam virginem de vita S. Marcellae Hieronymus = *BHL.* 5222.

CODEX 357 (olim 2335)

Membraneus, foliorum sign. 1-323 [fol. 265 bis] (0^m,313 × 0,212), exaratus saec. XV.

Fol. 1 depictum est stemma Sixti IV papae.

1. (Fol. 125-129) Epistola B. Hieronymi presb. ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL.* 2817.

2. (Fol. 168-174^v) Ad Eliodorum epitaphium Nepotiani presb. = *BHL.* 6057.

3. (Fol. 188^v-193) Consolatoria ad Paulam de dormitione Blesillae = *BHL.* 1367.

4. (Fol. 317-317^v) Hieronymus ad Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

5. (Fol. 317^v-318^v) Hieronymus ad Marcellam de vita Asellae = *BHL.* 723.

6. (Fol. 318^v-322^v) Ad Principiam virginem de vita S. Marcellae = *BHL.* 5222.

CODEX 358 (olim 2367)

Membraneus (praeter folia 1, 2, 5 chartacea), foliorum sign. 1-598 [fol. 255 et 261 bis] (0^m,35 × 0,24), exaratus anno 1452 per manus Petri de Middelburch clerici (cf. fol. 6, 413^v, 492, 511^v, 596).

1. (Fol. 20-30^v) Hieronymus ad Eustochium consolatoria de morte S. Paulae = *BHL.* 6548.

2. (Fol. 294-297^v) Hieronymus de morte Blesillae = *BHL.* 1367.

3. (Fol. 332-343) Hieronymus ad Paulam et Eustochium de assumptione Mariae virginis.

P. L., t. XXX, col. 122-42.

Vatic. 358. 4. (Fol. 360-365) Hieronymus ad Heliodorum consolatoria de morte nepotis sui = *BHL.* 6057.

5. (Fol. 392v-401) Hieronymus ad Occeanum de morte et vita Fabiolae = *BHL.* 2817.

6. (Fol. 401-401v) Hieronymus ad Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

7. (Fol. 401v-402) Hieronymus ad Marcellam de vita et obitu Asellae = *BHL.* 723.

8. (Fol. 404-407v) Hieronymus ad Principiam virginem de morte Marcellae = *BHL.* 5222.

9. (Fol. 421-423v, 434) Hieronymi de vita et obitu B. Pauli primi heremitae libellus = *BHL.* 6596.

10. (Fol. 434-434v, 425-426v) Hieronymi libellus de vita Malchi monachi = *BHL.* 5190.

11. (Fol. 493-511v) Vita et obitus B. Hieronymi ac eius discipuli sui opusculum de viris illustribus = *BHL.* 3876.

Sequitur *Liber de viris illustribus.*

CODEX 359 (olim 2363)

Chartaceus (praeter folia I, XXII, 445, 454 membranea), foliorum I-XXII et sign. olim 1-75, 78-109, 200, 201, 203-276, 278-310, 310^2-310^7, 311-454, nuper vero 1-365 [fol. 9 bis] (0^m,295 × 0,205), exaratus saec. XV. Antiquiores numeros sumus secuti.

1. (Fol. XXIv) Epitaphium Paulae a Hieronymo editum = *BHL.* 6548.

Solae ultimae sententiae *(Scipio quam genuit... diebus XXI)*.

2. (Fol. 10-15v) Epistola B. Hieronymi ad Heliodorum ep. de de epitafio Nepociani presb. = *BHL.* 6057.

3. (Fol. 67v-83) Vita S. Paulae a B. Hieronymo edita = *BHL.* 6548.

4. (Fol. 84-88) Epistola B. Hieronymi ad Paulam de morte Blesillae filiae eius = *BHL.* 1367.

5. (Fol. 92-96) Epistola B. Hieronymi ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL.* 2817.

6. (Fol. 387v-388v) Epistola S. Hieronymi ad Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

7. (Fol. 388v-389) Epistola S. Hieronymi ad Marcellam de vita Asellae = *BHL.* 723.

8. (Fol. 428v-444) exscripta sunt fragmenta nonnulla epistulae Pseudo-Eusebii

de morte S.Hieronymi (*BHL*. 3866). Divisa sunt in partes 21, praemissis totidem lemmatibus, quibus undecim istiusmodi partes nominantur *epistolae*, reliquae *exclamatio, sermo, oratio, exhortatio*, cet.

CODEX 360 (olim 2354)

Membraneus, foliorum 171 (0m,428×0,310), paginis bipartitis exaratus saec. XII.
Fol. 1-1v descriptus est index epistularum.

1. (Fol. 5-7v) Hieronymus ad Heliodorum episcopum epithaphium Nepotiani presb. = *BHL*. 6057.
2. (Fol. 29v-34v) Hieronymus de exitu S. Paulae = *BHL*. 6548.
3. (Fol. 35-36v) Hieronymus ad Paulam de morte Blesillae filiae eius = *BHL*. 1367.
4. (Fol.38-39v) Hieronymus ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL*. 2817.
5. (Fol. 158v-160) Epistola B. Hieronymi ad Principiam de vita S. Marcellae = *BHL*. 5222.
6. (Fol. 166-166v) Item Hieronymus ad Marcellam = *BHL*.4809.
7. (Fol. 166v-167) Hieronymus Marcellae = *BHL*. 723.

CODEX 361 (olim 25)

Membraneus, foliorum sign. 1-181 [fol. 90 omisso] (0m,430×0,295), paginis bipartitis exscriptus saec. XII extr. ex codice 360 vel certe ex simillimo. In quaternione quinto (fol. 33-40) perversus est ordo foliorum.
Fol. 181v manu saec. XV : *Emptus Papie a domino Albertino Ebreo pretio viginti (?) ducatorum, presente domino Iohanne de Alexandria Iohanne Gucerche de Salinis.*
Fol. 1-1v descriptus est index epistularum.

1. (Fol. 5v-7v) Hieronymus ad Helio<do>rum episcopum epithaphium Nepotiani presb. = *BHL*. 6057.
2. (Fol. 31-33v, 36-36v, 35-35v, 34-34v, 39) Hieronymus de exitu S. Paulae = *BHL*. 6548.
3. (Fol.39-39v, 38-38v, 37) Hieronymus ad Paulam de morte Blesillae filiae eius = *BHL*. 1367.
4. (Fol. 40v-42) Hieronymus ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL*. 2817.
5. (Fol. 170v-171v) Epistola B. Hieronymi ad Principiam de vita S. Marcellae = *BHL*. 5222.
6. (Fol.177v-178) Item Hieronymus ad Marcellam = *BHL*.4809.
7. (Fol. 178) Hieronymus Marcellae = *BHL*. 723.

CODEX 362 (olim 2342)

VATIC. 362. Membraneus, foliorum I-IV et sign. 1-31,42-490 (0^m,402 × 0,283), exaratus an. 1459 a Iohanne Caldarificis de Monthabur, presbytero et canonico ecclesiae Sancti Florini in Confluencia (fol. 488).

Fol. A-D^v descriptus est index libellorum.

1. (Fol. 52^v-57^v) Ad Eliodorum episcopum epitaphium Nepotiani presb. = *BHL.* 6057.

2. (Fol. 64^v-67^v) Ad Paulinam de morte Blesillae = *BHL.* 1367.

3. (Fol. 94-97^v) Ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL.* 2817.

4. (Fol. 104-115) De exitu S. Paulae = *BHL.* 6548.

5. (Fol. 259^v-271^v) Sermo B. Hieronymi de assumptione virginis Mariae.

P. L., t. XXX, col. 122-42.

6. (Fol. 315-316) Ad Marcellam de exitu Leae epistola B. Hieronymi = *BHL.* 4809.

7. (Fol.316-319) Ad Principiam virginem de vita S. Marcellae = *BHL.* 5222.

8. (Fol. 404^v-407) Vita captivi monachi nomine Malchi = *BHL.* 5190.

9. (Fol. 484^v-488) Vita S. Pauli primi heremitae = *BHL.* 6596.

CODEX 363 (olim 3017)

Membraneus, foliorum sign. 1-249 [fol. 163 et 178 bis, folio 18 omisso] (0^m,342 × 0,232), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 8^v-13) Epitaphium Nepotiani ad Heliodorum = *BHL.* 6057.

2. (Fol. 64-64^v) Ad Marcellam de vita Asellae = *BHL.* 723.

3. (Fol. 66^v-70) Hieronymi de vita et obitu Marcellae ad Principiam virginem tractatus = *BHL.* 5222.

4. (Fol. 73-76^v) Hieronymi ad Paulam super mortem Blesillae libellus consolatorius = *BHL.* 1367.

5. (Fol. 76^v-79^v) Hieronymi ad Occeanum de morte Fabiolae libellus consolatorius = *BHL.* 2817.

6. (Fol. 85-88) Hieronymi de vita et obitu B. Pauli primi heremitae = *BHL.* 6596.

7. (Fol. 88-90^v) Hieronymi libellus de vita Malchi monachi = *BHL.* 5190.

8. (Fol. 174-174^v) Hieronymi ad Marcellam de morte Leae = *BHL.* 4809. Vatic. 363.

9. (Fol. 192-203^v) Epitaphium S. Paulae ab Hieronymo editum ad Eustochium virginem = *BHL.* 6548.

Desunt ultimae sententiae (*Dormivit....*)

10. (Fol. 203^v-213) B. Hillarionis Vita ab Hieronymo illustrissimo edita = *BHL.* 3879.

CODEX 365 (olim 40)

Membraneus, foliorum 1-181 [fol. 107 praetermisso] (0^m,276 × 0,198), exaratus saec. XV in.

1. (Fol. 29^v-32^v) Consolatoria Hieronymi ad Paulam de dormitione Blesillae = *BHL.* 1367.

2. (Fol. 71-75^v) Ad Heliodorum episcopum epythafium Nepociani presb. = *BHL.* 6057.

3. (Fol. 132-134^v) Hieronymus de morte Fabiolae ad Occeanum = *BHL.* 2817.

4. (Fol. 134^v-135) Epistola Hieronymi ad Marcellam = *BHL.* 4809.

5. (Fol. 135-135^v) Hieronymus Marcellae = *BHL.* 723.

6. (Fol. 141^v-144) Hieronymus ad Ageruchiam de virtutibus Marcellae = *BHL.* 5222.

CODEX 367

Membraneus, foliorum nunc sign. 51-400 (0^m,360 × 0,253), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 62-67^v) Epitaphium Nepotiani presb. ad Heliodorum ep., avunculum praefati Nepotiani = *BHL.* 6057.

2. (Fol. 72^v-76) Epistola B. Hieronymi consolatoria de morte sive dormitione Blesillae = *BHL.* 1367.

3. (Fol. 76-87^v) Epitaphium S. Paulae a B. Hieronymo editum = *BHL.* 6548.

4. (Fol. 89^v-93) Epistola B. Hieronymi presb. ad Occeanum = *BHL.* 2817.

5. (Fol. 93-94) Epistola B. Hieronymi presb. ad S. Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

6. (Fol. 94-94^v) Epistola B. Hieronymi presb. ad S. Marcellam de morte Asellae = *BHL.* 723.

Vatic. 367. **7.** (Fol. 96v-100) Epistola Hieronymi presb. de vita S. Marcellae = *BHL*. 5222.

8. (Fol. 248-249) Epistola B. Hieronymi presb. ad Paulam consolatoria de morte filiae suae Blesillae.

Excerpta ex *BHL*. 1367. — Inc. *Consideremus quid ethicus ille psalmus* (= *P.L.*, c.2 paulo ante finem). — Des. *ut salvam esse excepi* (cf. ibid., c. 6 extr.), multis praetermissis.

9. (Fol. 336v-365, 365-370v, 370v-395v) <Epistolae spuriae de S. Hieronymo> = *BHL*. 3866-3868.

10. (Fol. 395v-398v) Legenda exponens vitam gloriosi Hieronymi eiusque obitum mirificum = *BHL*. 3874.

CODEX 370 (olim 2372)

Membraneus, foliorum sign. 1-197 [fol. 136 bis] (0^m,273 × 0,210), paginis bipartitis exaratus saec. XIV. extr.

Erat olim *Conventus Cartusieñ. prope Bononiam* (fol. 1 manu saec. XV).

(Fol. 160-160v) Epistola Hieronymi ad Marcellam de exitu Leae = *BHL*. 4809.

CODEX 374 (olim 42)

Membraneus, foliorum I, II et 1-178 [fol. 43 bis] (0^m,219 × 0,145), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 1-9) Vita B. Pauli primi heremitae edita a B. Hieronymo = *BHL*. 6596.

2. (Fol. 9-52) Vita B. Antonii edita ab Athanasio Alexandrino episcopo = *BHL*. 609.

Deest epilogus Evagrii.

3. (Fol. 52-71) Vita B. Ylarionis edita a B. Hieronymo = *BHL*. 3879.

4. (Fol. 71-76v) Vita Malchi captivi monachi edita a B. Hieronymo = *BHL*. 5190.

5. (Fol. 79-126v) Vita B. Pacomii traducta a Dyonisio = *BHL*. 6410.

6. (Fol. 128v-135v) Vita eiusdem B. Pacomii edita a B. Ieronimo = *BHL*. 6412.

Praemissus est tamquam " praefatio beati Hieronymi „ prologus in regulam S. Pachomii (*P. L.*, t. LXXIII, col. 61-66). — Des. ut in tomo Vallicellano XXII (cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 362[7]).

7. (Fol. 135v-144) Vita B. Onufrii edita a Pafnutio = *BHL*. 6336.

8. (Fol. 144-160v) Vita B. Abrae = *BHL*. 12. VATIC. 374.

Omissis sex ultimis capitibus, des. *ac septuagesimo vitae suae anno quievit in pace. Beata autem Maria quinquaginta suae conversationis annos cum magna devotione ac humilitate cordis et caritate erga Deum et proximum sincera institutione spiritaliter complevit, et ita migravit ad Dominum, cui est honor.... Amen.*

9. (Fol. 160v-163) Praefatio Evagrii in Vitam B. Iohannis eremitae = *BHL*. 6524 (solus prologus).

10. (Fol. 163-178) Vita B. Iohannis eremitae, qui etiam spiritu prophetico dicitur claruisse = *BHL*. 4329.

CODEX 375 (olim 699)

Membraneus, foliorum I et sign. 129 [fol. 100 bis] (0m,393 × 0,280), exaratus picturisque multis belle ornatus saec. XIV / XV.

Fol. Iv descriptus est index libellorum.

Fol. 129 manu saec. XV : *Iste liber est monasterii Sancte Crucis in Ierusalem de Urbe, ordinis Cartusiensis.*

1. (Fol. 1-27v) Actus sanctorum patrum = *BHL*. 6524.

Desunt cap. 31 et 33 cum epilogo.

2. (Fol. 27v-35v) Vita Ylarionis monachi = *BHL*. 3879.

3. (Fol. 35v-37v) Libellus Athanasii, patriarchae civitatis magnae Alexandriae, de passione imaginis Domini Salvatoris, quae crucifixa est a Iudaeis in Berito civitate tempore Constantini iunioris et Yrene uxoris eius.

Nullo praemisso praeambulo, inc. prologus ut in *BHL*. 4229. — Inc. *Quaedam civitas est in Siria infra terminos Thiri et Sidonis posita* (cf. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 182[13]) — Des. *per omnes ecclesias ob reverentiam passionis dominicae imaginis celebretur a cunctis fidelibus non cum inferiori reverentia sollemnitas Salvatoris mundi quam est natalis Domini vel praecipuus dies paschalis. Agnoscant igitur universi orthodoxi super hoc glorificare omnium creaturarum creatorem vel conditorem, qui ecclesiam virginem matrem tot et tantis decorare consuevit signis atque prodigiis.*

4. (Fol. 37v-38) Vita vel conversio S. Thaysis meretricis.

Inc. *Fuit una meretrix, nomine Thaysis, tantae pulchritudinis ut paene multi propter eam venumdatis substantiis suis* — Des. *Et cum illam inde eduxisset, quindecim dies supervixit et migravit a saeculo. Benedictus es, Domine Deus, qui adiuvisti eam et consolatus es eam.* Cf. *BHL*. 8013.

5. (Fol. 38-39) Vita S. Marinae virg. = *BHL*. 5528.

6. (Fol. 39-47) Vita S. Eufrasiae virg.

Inc. *In diebus Theodosii piissimi imperatoris fuit quidam vir senator in regia civitate, Antigonus nomine, genere imperiali societate coniunctus* — Des. *quae caelestem senatum in terra promeruit. Festinemus igitur et nos huiusmodi conversari humilitate, oboedientia... Amen.* Cf. *BHL.* 2718, 2719.

7. (Fol. 47-49) Narratio S. Hieronymi presb. de monacho captivo = *BHL.* 5190.

8. (Fol. 49-51) Vita S. Frontonii abbatis = *BHL.* 3189.

9. (Fol. 51-54^{v}) De magnis et praecipuis et sanctis viris Machariis = *BHL.* 5095, 5099.

In narratione 5095 pauca addita sunt (ex *BHL.* 5093), multa vero omissa.

10. (Fol. 54^{v}-55^{v}) <De Moyse aethiope eremita> = *BHL.* 6022.

Inc. *Erat quidam vir, Moyses nomine, aethiops genere, qui servus fuit...*

11. (Fol. 56-129) Dicta Patrum = *BHL.* 6527, 6529, 6530.

Narrationes *BHL.* 6529, lib. III, § 13-15, quae prius praetermissae erant, suppletae sunt manu prima fol. 127^{v}-128 post ultima verba *BHL.* 6530 ; continuo sequitur (fol. 128-129) narratio *BHL.* 6531, cap. 44.

CODEX 376 (olim 2366)

Membraneus, foliorum I et sign. 1-186 (0^{m},292 × 0,214), exaratus variis manibus saec. XV.

(Fol. 1-11) <Vita S. Hilarionis> = *BHL.* 3879.

CODEX 382 (olim 2821)

Chartaceus, foliorum sign. I-XXX [fol. XVIII bis] et sign. 1-139 (0^{m},289 × 0,219), paginis bipartitis exaratus extremo saec. XIV.

Insunt (fol. V-XVI^{v}, XVI^{v}-XVIII bis, XVIII bis-XXVI) epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3866-3868 ; post quas exscriptum est (fol. XXVII) epitaphium eiusdem sancti (ed. M. Vatasso et P. Franchi de' Cavalieri, in Catalogo, t. I, p. 296).

CODEX 383 (olim 3034)

Membraneus, foliorum A-C et sign. 283 (0^{m},327 × 0,224), paginis bipartitis exaratus saec. XII et saec. XII/XIII (fol. 280-283).

(Fol. 280-281) Passio S. Victoriae virg. = *BHL.* 8591. Dec. 23.

CODEX 404 (olim 2490)

Membraneus, foliorum 178 (0^m,228 × 0,152), exaratus saec. XV.

(Fol. 154^v-174) Vita S. Eugeniae ac Proti et Iacinti per Ambrosium de greco in latinum translata = cod. 274.

Inc. *Septimo... direxit Philippum...*

CODEX 411 (olim 1151)

Chartaceus, foliorum 132 (0^m,217 × 0,147), exaratus variis manibus saec. XV.

(Fol. 75-97) Vita B. Nicolai a Leonardo Iustiniano Veneto composita = *BHL.* 6128.

CODEX 414 (olim 83)

Constat unus codex partibus tribus seorsim conglutinatis, foliorum A, B, 61 + 91 et 188 et 156 (circ. 0^m,331 × 0,225), estque paginis bipartitis exaratus saec. XIII.

Fol. A descriptus est saec. XV index totius codicis.

1. (Parte III, fol. 95-95^v) Ad Heliodorum episcopum epitaphium Nepotiani presb. = *BHL.* 6057.

2. (Ibid., fol. 99-99^v) <Idem epitaphium> = *BHL.* 6057.

Praetermissa est tota pars media inde ab : *Excepta vili tunica,* usque ad : *in ecclesia quaereres, invenires* (= *P. L.*, c. 10 sub in.- c. 12 med.)

3. (Ibid., fol. 103-104) Epistola S. Hieronymi ad Oceanum de morte Flaviolae = *BHL.* 2817.

CODEX 516 (olim 2411)

Membraneus, foliorum 124 (0^m,125 × 0,098), exaratus saec. XV.

Insunt (fol. 6-14 et 14-25^v) Pseudo-Augustini et Pseudo-Cyrilli epistulae de S. Hieronymo (*BHL.* 3867, 3868), altera tamen non integra ; tum (fol. 25^v-46) loci excerpti ex Iohannis Andreae " Hieronymiano " (cf. *BHL.* 3876).

CODEX 522 (olim 1005)

Membraneus, foliorum A et sign. 1-130 (0^m,277 × 0,191), exaratus anno 1436 (fol. 125).

(Fol. 2-4^v) Vita S. Iohannis scolastici a Daniele monacho sub compendio scripta = *BHL.* 4381.

Vatic. 523.

CODEX 523 (olim 715)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 1-160 (0^m,252 × 0,172), exaratus saec. XV.

(Fol. 2v-6) Vita S. Iohannis scolastici a Daniele monacho sub compendio scripta = *BHL.* 4381.

CODEX 524 (olim 2925)

Chartaceus, foliorum sign. I et 1-176 (0^m,284 × 0,206), variis manibus exaratus saec. XVI, et quidem magnam partem (fol. 1-160v) an. 1514 et 1515 iubente Iohanne Turzone episcopo Vratislaviensi (fol. I, 135v, 154).

(Fol. 146-150v) Uranii presbyteri ad Pacatum de vita et obitu illustrissimi viri Paulini Nolensis episcopi libellus = *BHL.* 6558.

Des. *navigare dispono.*

CODEX 551 (olim 2346 et 114)

Membraneus, foliorum sign. 182 [fol. 8 bis, fol. 22 et 71 omissis] (0^m,229 × 0,163), exaratus saec. XII in.

1. (Fol. 8 bis-8 bisv) <Versus de S. Hieronymo> = Chevalier, *Repert. hymn.* 7852.

Sunt triginta numero.

Inc. *Hieronimus doctor Latii clarissimus auctor*
Usibus ecclesiae trivit sua tempora vitae...

Des. *Nemo hominum vivit hunc qui per singula norit.*

2. (Fol. 90-94v) Epistula consolatoria S. Hieronymi ad Paulam de dormitione Blesillae filiae eius = *BHL.* 1367.

CODEX 581 (olim 2562)

Membraneus, foliorum 322 (0^m,195 × 0,132), paginis bipartitis exaratus saec. XIII.

Fuit olim (cf. fol. 320) *Iachobi de Labino* (?) *praepositi Sancti...* (?)

1. (Fol. 1-1v, saec. XIII/XIV) <Carmen de B. V. Maria>

Cento, quo narrat quidam B. V. Mariam sibi noctu apparuisse.

Inc. prol. *Insolite novitate rei libet ordine metri...*

Inc. *En ego multiplici curarum pondere pressus...*

Des. *Fecerat, inferne mutum facit unda paludis.*

2. (Fol. 2) Visio Thaionis Caesaraugustani episcopi de meritis S. Augustini episcopi et de libris moralium B. Gregorii papae = *BHL.* 3647.

Omissa ultima sententia, des. *in Hispaniam retulit.*

CODEX 582 (olim 2563)

Membraneus, foliorum 281 (0^{m},229 × 0,163), paginis bipartitis exaratus saec. XIII.

(Fol. 5^{v}) <Visio Taionis de libris Moralium S. Gregorii> = cod. 581^{2}.

CODEX 587 (olim 2556)

Membraneus, foliorum sign. 1-495 [81 et 441bis, 410-419 et 471 omissis] (0^{m},234 × 0,155), paginis bipartitis exaratus saec. XIII.

Divisus est codex in duo volumina, quorum alterum complectitur folia 1-138, alterum folia 139-495, quae signata erant pridem VIII-CLXXXXVI, A, B et I-CXXI, C, D etc. (ultimis non signatis).

(Fol. 406^{v}-409^{v}, 420-421^{v}) Vita S. Iohannis apostoli et evangelistae = *BHL.* 4320.

Deest prologus.

CODEX 589 (olim 2558)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 1-52 (0^{m},234 × 0,172), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

Post alias litteras spurias (fol. 1-1^{v}) descripta est etiam

(Fol. 2^{v}, alia manu saec. XV) <Epistula proconsulis Ephesiorum de S. Iohanne evangelista.>

Bibliotheca Casinensis, t. II, Floril. p. 67 (*Piissimo Caesario.... Bene valete*).

CODEX 593 (olim 2568)

Membraneus, foliorum A et sign. 1-87 (0^{m},270 × 0, 171), exaratus saec. X.

Inest *Regula pastoralis* Gregorii Magni, cui praemissa sunt (fol. 1) ex Vita *BHL.* 3639 ultima sententia cap. 11 et duae priores sententiae cap. 12.

CODEX 594

Membraneus, foliorum 125 (0^{m},275 × 0,175), paginis bipartitis exaratus saec. XII.

Insunt Dialogi S. Gregorii Magni. Libro II (= *BHL.* 1102) subiuncta sunt carmina :

1. (Fol. 40^{v}-41^{v}) Incipit ve<r>sos.

Carmen de miraculis S. Benedicti.

Inc. *Clara pater superis gessit miracula sanctus*
Ecce triginta simul Benedictus necne vel octo.
Primo capisterium fractum renovavit alumnae ;
Tentatae carnis bellum domuitque secundo...

Des. *Ecce, pater Petre, meritis et nomine sancte,*
Nobilis eximie, praeclaro sanguine nate,
Insuper et Domini Christi semperque sacerdos,
Metrice composui patris miracula versu,
Ut mihi iussisti...
Tu lege clementer felix haec carmina pauca.
Vualberti memorem vestri te nempe rogamus;
Reddere se spondet vobis maiora paratus,
Si vitae spatium fuerit seu gratia Christi.
Gratia te salvet Domini per tempora longa.

2. (Fol. 41^{v}-42) Item versos = *BHL.* 1105.

Solum carmen *Ordiar,* illudque minime integrum (soli versus 1-32, 63-68).

3. (Fol. 119-125^{v}) <Vita S. Macarii Romani> = *BHL.* 5104.

Folio perdito, inc. mutila ab extremo cap. 7: *igitur Dei nos protegente, illaesi pertransivimus....*

CODEX 598 (olim 2571)

Membraneus, foliorum 66 (0^{m},194 × 0,138), paginis bipartitis exaratus saec. XIII. Insunt Dialogi S. Gregorii Magni. Libro II (= *BHL.* 1102) subiuncti sunt

1. (Fol. 23-24) Versus de miraculis B. Benedicti, quos Paulus diaconus composuit = *BHL.* 1105.

Carmen *Ordiar....*

2. (Fol. 24) Relatum Pauli diaconi et monachi = *BHL.* 1105.

Prologus *Diebus....*

CODEX 600 (olim 153)

Membraneus, foliorum 171 [fol. 58 omisso] (0^{m},490 × 0,343), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

Constat simul compactis duobus voluminibus (fol. 1-115 et fol. 116-171), quae a singulis librariis sunt descripta.

Erat an. 1422 monasterii S. Gregorii de Urbe (fol. 158^{v}; cf. M. Vatasso et Pius Franchi de' Cavalieri, in Catalogo, t. I, p. 445).

1. (Fol. 1-1^{v}) <Translatio brachii S. Andreae et brachii S. Lucae Romam> = *BHL.* 435.

2. (Fol. 55^{v}-56) Relatio domini Pascalis II papae in basilica B. Petri apostolorum principis de inventione corporis B. Caeciliae martyris = *BHL.* 1500.

Addita est sententia: *Quae omnia in episcopali libro plenius continentur.*

3. (Fol. 56^{v}-114) Vita B. Gregorii primi, Romanae urbis et apo-

stolicae sedis papae, eximii doctoris et apostoli Anglorum = *BHL.* 3641. VATIC. 600.

4. (Fol. 114^{v}) <Ex Vita S. Gregorii Magni auctore Paulo diacono> = *BHL.* 3640, cap. 28 et 29 *(P. L.)*.

5. (Fol. 116-165) Adhortationes sanctorum patrum ad profectum perfectionis monachorum = *BHL.* 6527.

Nonnulla praetermissa sunt, pauca vero adiuncta. En praecipua: libelli VII deest § 24; libello IX subiuncta est altera recensio narratiunculae *BHL.* 6531, cap. 16, § 3 (Inc. *Vir quidam sanctus cum vidisset quendam peccantem)*; inter §§ 42 et 43 libelli XI inserta sunt pauca quaedam verba patrum aliunde desumpta ; in libello XIV desunt §§ 16-18; in libello XV desunt §§ 3-8, 10, 12, 13, 15-24, 27-42, 44-51, 53-65, 67-87, 89, et § 66 subiuncta est §° 88; in libello XVI desunt §§ 2-5, 7-15, 17-19; in libello XVII desunt § 5 (inde ab *Superiorum)* et §§ 6-19; in libello XVIII desunt §§ 1, 2, ultima sententia §[1] 3, §§ 5-8, 10-18.

Libro *BHL.* 6527 subiuncta sunt (fol. 162-165) ex libro *BHL.* 6529 libelli I §§ 12-17, libelli II §§ 1-4, 8, 9, libelli III § 3.

Praeterea in libro *BHL.* 6527 inter §§ 11 et 12 libelli VII inserta est:

6. (Fol. 131^{v}-132^{v}) Vita S. Marinae virg. = *BHL.* 5528.

7. (Fol. 165-167^{v}) Vita vel obitus S. Pauli primi heremitae edita a S. Hieronymo presb. = *BHL.* 6596.

8. (Fol. 167^{v}-169) Vita vel obitus S. Antonii abbatis.

Legenda aurea, c. 21, omisso prologo.

9. (Fol. 169-171) Vita vel obitus S. Ylarionis monachi edita a S. Hieronymo presb. = *BHL.* 3879.

Deest prologus. — Omissis ultimis sententiis, des. *ut delibutum unguentis pretiosissimis putaretur.*

CODEX 602 (olim 2564)

Membraneus, foliorum 157 (0^{m},292 × 0,207), exaratus saec. XII, partim (fol. 104-157) paginis bipartitis. Folia 104-109 saec. XIV/XV suppleta sunt. Eodem tempore scripsit rubricator quidam lemmata libellorum 1-4.

1. (Fol. 104-133^{v}) De B. Antonio abbate. Incipit Vita eius = *BHL.* 609.

Desunt prologi et epilogus Evagrii.

2. (Fol. 133^{v}-140^{v}) De S. Pachomio = *BHL.* 6412.

Des. ut in tomo XXII Vallicellano (cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 362[7]).

3. (Fol. 140^{v}-150) De duobus Machariis. Unus vero Aegyptius, alter Alexandrinus.

Narrationes ex *Vita sanctorum patrum* excerptae, ut scriptor ipse in ultimis verbis infra afferendis profitetur; collegit autem quaedam,

minime vero omnia, quae de utroque Macario leguntur tum in Rufini historia monachorum (*BHL.* 5093, 5096; cf. 6524), tum in Palladii historia Lausiaca, et quidem partim ex versione *BHL.* 6534 (cf. *BHL.* 5095), partim ex alia versione inedita, demum in libro II historiae ecclesiasticae Rufini. Satis fore censemus si primas et ultimas paragraphos accuratius recensuerimus.

Inc. *De duobus... non discredas* = *BHL.* 5095, § 1,

tum *Narrabant nobis... possidebat* = *BHL.* 5093, § 1,

tum *Primum quidem referendum est... obstaculo* = *BHL.* 5095, § 2-6,

tum *Referebant praeterea aliquando venisse... exturbarunt* = *BHL.* 5093, § paenultima,

tum *Aliquantum vero ante tempus... indicavit* = RUFINUS *Hist eccl.*, l. II, c. 4 med. (*P. L.*, t. XXI, col. 512 A-B).

Paenultima narratio est: *Quodam itaque tempore ambo Macharii... exercitia properabit* = *BHL.* 5096, § paenultima.

Ultima vero: *Verum si singulorum eorum.... sed Deo bellum indiceret, occulte mittens et in heremum eos revocari fecit* = RUFINUS, l. c., cap. 4 pars ultima (*P. L.*, col. 512 C med. - 513 C med.); quibus subiuncta sunt haec: *ubi post multos labores et certamina migraverunt ad Dominum. Haec pauca et mirifica ex multis eorum virtutibus, fratres karissimi, scripsi vobis. Sunt enim alia multa dicta et facta illorum in sanctorum patrum vita, quae superflua sunt et mihi scribere et vobis audire. Sed quia misericordia Domini meruimus ex eorum sacra lipsana possidere, dignum est ut eorum memoria<m> sollempniter celebremus, ut adiutores eos habeamus et protectores apud dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre... Amen.*

4. (Fol. 150-157^{v}) De S. Petro ep. Alexandrino et mart. = *BHL.* 6692, 6693.

Deest libellus *BHL.* 6693 vix non totus. Ex ipso hoc codice Passionem mutilam edidit Mai.

CODEX 615 (olim 154).

Membraneus, foliorum 287 [60, 169 et 172 bis] (0^{m},495×0,325), paginis bipartitis exaratus variis manibus saec. XI/XII.

1. (Fol. 287) Passio ss. mm. Quirici et Iulittae = *BHL.* 1809, 1811.

Foliis perditis, supersunt Passionis 1809 solae ultimae sententiae inde ab |*petenti relatione*.. (*P. L.*, t. CXXXII, col. 858, l. 7).

2. (Fol. 287-287^{v}) <Passio S. Apollinaris ep.> = *BHL.* 623.

Foliis perditis, des. mutila: *Interea ipse tribunus cum uxore et filiis* (= *Act. SS.*, num. 6 extr).

CODEX 622.

Membraneus, foliorum A et sign. 1-120 (0m,265 × 0,185), a quattuor librariis exaratus saec. X.

Saec. XV annotatum est fol. 117 : *Iste liber est monasterij Sancte Crucis Fontis Avellane Eugubine diocesis.*

(Fol. 114-117) Passio S. Petri Alexandri<ni>praesulis.Nov. 25.

Haec est versio libelli graeci *BHG*². 1502.

Inc. *Regnante impio et iniquo Diocliciano in Nicomediensium illustrissima civitate, erat multa tempestas et conturbatio per omnem terrarum orbem. Non solum enim in civitate in qua degebat pietatis inimicus* — Des. *Si enim, priusquam moreretur, beatus ita populi curam gessit, quanto magis post obitum. Omnibus enim quae pertinent ad salutem praestabit, quippe cum sit coronam martyrii consecutus et fiduciam magnam habeat apud universorum dominatorem Deum et dominum nostrum Iesum Christum, cui... Amen.* Cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 336-37[61].

CODEX 623 (olim 2548)

Membraneus, foliorum A-D et sign. 1-156 (0m,315 × 0,225), paginis bipartitis exaratus saec. XIII/XIV.

(Fol. 85v-86v) Versus B. Benedicti ab. = *BHL*. 1106.

Solum carmen *Ordiar...*

CODEX 628 (olim 2913)

Chartaceus, foliorum 201 (0m,212 × 0,153), exaratus variis manibus saec. XV.

1. (Fol. 33-48) <Epistula spuria Clementis I papae ad Iacobum> = *BHL*. 6646, 6647.

2. (Fol. 63v-67v) Epistola B. Dionisii de morte S. Pauli apostoli ad Thimotheum = *BHL*. 6671.

Inc. *Saluto te Thimotheum discipulum...*

CODEX 629 (olim 698)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 272 [fol. 72 bis, fol. 44, 96 et 255 praetermissis] (0m,379 × 0,264), paginis bipartitis exaratus saec. XII in.

(Fol. 1-6) Vitae, ortus vel obitus sanctorum qui in Domino praecesserunt = *BHL*. 6544.

CODEX 631 (olim 1880)

Membraneus, foliorum A et sign. 466 (0m,425 × 0,301), paginis bipartitis

 exaratus saec. XIII extr. In duo volumina (fol. 1-235, 236-466) a glutinatore divisus est.

Fol. A^{v} manu saec. XV : *Iste liber est reverendissimi patris et domini domini Petri cardinalis Rotomagensis.*

(Fol. 338^{v}-339) Altercatio Liberii papae <et> Constantini imperatoris.

CASSIODORUS, *Hist. trip.*, l. v, c. 17, omisso initio. — Inc. *Constantinus imperator dixit : " Nosse* (cod. *nosce*) *te volumus quod christianus sis* — Des. *missus exilio est.*

CODEX 636. A (olim 2244)

Membraneus, foliorum sign. 72-123 (0^{m},312 × 0,210), paginis bipartitis exaratus saec. XII/XIII.

Olim haec folia pars erant codicis 636 (cuius folia signata sunt 1-71 et 124-127) ; sed aliquando ex eo a fure abrepta, postea autem bibliothecae Vaticanae sunt restituta.

Erat codex *Liber Sancte Marie de Esrom* (ita ipse librarius fol. 127^{v}).

(Fol. 109^{v}-119^{v}) Ex libro Gregorii Turonensis episcopi primo de miraculis sanctorum quaedam excerptio.

Capita 1-3, 5-29 (*MG.*, Scr. rer. merov. t. I, p. 488-505). — Des. *fuit ab apostolo Paulo destructum.*

CODEX 638 (olim 161)

Membraneus, foliorum 174 (0^{m},366 × 0,265), paginis bipartitis exaratus saec. XI/XII.

(Fol. 173^{v}, saec. XII) <Brevis annotatio de quinque Mariis>

Inc. *<T>res fuerunt sorores : Maria mater Domini, et Maria mater Iacobi Alphei et Ioseph, et Maria mater filiorum Zebedei* — Des. *Quinta vocatur Egiptiaca, cuius prosapia non inquiritur, de qua Dominus septen daemonia eiciet.*

CODEX 641 (olim 3023)

Membraneus, foliorum 199 (0^{m},285 × 0,200), variis manibus exaratus saec. XI.

1. (Fol. 1-2) Scriptum Albini magistri de vita S. Martini=*BHL.* 5625.

2. (Fol. 132^{v}-133^{v}) De ortu, vita et obitu patrum = *BHL.* 6544.

Deest prologus. — Foliis perditis, des. mutila : *Ioseph princeps Aegypti.... venditur factusque humilis usque*|

3. (Fol. 134-136^{v}) Admirabile de nostri Salvatoris imagine miraculum.

Narrationis de imagine Berytensi versio eadem quae legitur in codice Rotomagensi U. 36[13] (cf. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 182-83). VATIC. 641.

4. (Fol. 136^v-138^v) Miraculum in vita S. Hieronymi de leone.

Ultima pars Vitae *BHL.* 3871 inde ab *Impossibile est...* (*P. L.*, t. XXII, col. 209 extr.).

5. (Fol. 139-142) Vita S. Hieronymi presb. et conf.= *BHL.*3869.

CODEX 650.

Membraneus, foliorum A-Ć et sign. 1-50, 41 bis-48 bis, 51-155 [abscisso folio 105] (circ. 0^m,275 × 0,190), a sex librariis exaratus saec. X, XI et XII. Erat olim cuiusdam *ecclesiae Sancti Andreae* (fol. 1, 108.)

(Fol 148^v-152^v, saec. XII) Vita S. Aegidii conf. = *BHL.* 93.

CODEX 675 (olim 2863)

Membraneus, foliorum 146 (0^{m}311 × 0,226), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

1. (Fol. 103-140) Liber de excelenciis B. Mariae virginis sive de cuius laudibus.

Opus idem quod legitur in codicibus Duacensibus 355 et 387 (cf. *Anal. Boll.*, t. XX, pp. 373 et 375), praemisso prologo qui habetur etiam in codice bibliothecae Alexandrinae de Urbe 95[11] (cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 172).

2. (Fol. 140-146) Tractatus de S. Iohanne evangelista.

Idem qui legitur in codice Duacensi 387 (cf. *Anal. Boll.*, t. XX, p.375).

CODEX 676 (olim 708)

Membraneus, foliorum 100 (0^m,258 × 0,180), exaratus saec. XV.

(Fol. 1-100^v) Vita S. Bernardi Claravallensis ab. = *BHL.* 1217-1221.

CODEX 819 (olim 274)

Membraneus, foliorum 285 (0^m,142 × 0,105). Constat simul compactis aliquot codicibus exaratis variis manibus saec. XIV (fol. 1-261), saec. XV (fol. 268-275), saec.XIV (fol.278-285). Folia signata sunt 1-258, multis foliis nullo numero donatis.

1. (Fol. 57-83) <Verba seniorum>.

Epitome narrationum notarum. Primae sunt rebus, non verbis, eaedem ac *BHL.* 6527, lib. I, § 1, 10, 16. Primae initium exempli gratia exscribo : *Antonius quaerenti ab eo et dicenti :* " *Quid faciens placebo Deo ?* „ *respondit :* " *Quocumque vadis, semper habe Deum prae oculis*

Vatic. 819. *tuis...* — Ultimae narrationes sunt de S. Macario Romano, et des. *et audivit beatus Macharius voces caelestes canentes: "Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaot." Leones vero steterunt postea cum beato Machario* (cf. *BHL.* 5104, c. 32).

Sequitur (fol. 83ᵛ-85) quasi quidam index harum narrationum.

2. (Fol. 88-99ᵛ) Vita sanctorum patrum.

Prima narratio est epitome narrationis *BHL.* 6525, c. 98, seu *BHL.* 6527, lib. VII, § 33. Inc. *Quidam dum in coenobio frequenter moveretur ad iram, ivit in solitudinem, ut irascendi* (cod. *ires-*) *causam non haberet...* — Ultima est ipsa narratio *BHL.* 6525, c. 164, vix paucis verbis mutatis.

3. (Fol. 100-123ᵛ) Miracula B. Virginis.

Sunt numero circiter 90; quae singillatim recensere non vacat. — Inc. *Senex quidam devotus nostrae Dominae venit in civitatem* — Des. *vidit eam filium parvum gestantem et singulis offerentem.*

4. (Fol. 268-275ᵛ, sign. 241-248ᵛ) <Vita B. Malchi> = *BHL.* 5190.

Subiuncta est rubrica: *Explicit epistola sancti Ieronimi de captivo monacho scripta per me fratrem Bartolomeum de Mediolano ordinis Fratrum Servorum Sancte Marie tempore quo studebam in conventu Florentie. Amen.*

CODEX 939 (olim 2647)

Chartaceus, foliorum A, B (sunt haec membranea) et sign. 1-192 [fol. 99 bis] (0^m,292 × 0,215), exaratus variis manibus saec. XV (fol. 99-99 bis saec. XVII)

Fol. B-Bᵛ descriptus est index libellorum.

(Fol. 168-179) Vita B. Silvestri papae = *BHL.* 7725-7727, 7742.

Reliquis omissis, des. Vita 7727: *et nullus penitus flatus draconis apparuit ex illa die et deinceps.*

Exscripta est haec Vita *anno Domini M° CCCC° XXX° quarto per manus Andree Zeeburg(ensis)* (fol. 179).

CODEX 1058 (olim 1148)

Membraneus, foliorum 134. Constat simul compactis aliquot codicillis formae non omnino eiusdem (circ. 0^m,143 × 0,105) exaratis saec. XIII et saec. XIII/XIV.

1. (Fol. 76ᵛ-79ᵛ) Dictamen (fratris Friderici? *haec erasa)* de nativitate B. Virginis Mariae et Iesu Christi domini nostri nativitate.

Inc. *Dignare me te laudare,*
vitam tuam sic narrare,
o Maria illibata,
Ioachim et Anna nata
a Nazareht, quorum vita
fuit sanctis redimita
verbis, factis et exemplo;
sibi egenis et templo

opes suas dividentes,
prole interim carentes,
donec Ysachar oblata
Ioachym non habens grata....

Des. *prout eis potestatem*
dedit Iesus; maiestatem
cuius daemones tremebant:
Dei plenum (cod.-*ni*) *nam scie-*
cui parent, sed inviti, [*bant;*
ceu non valentes reniti.
Hic evangelii picta
Intermitto sancta dicta,
Tuam prolis passionem
Monstrans disposicionem.

2. (Fol. 80-94^{v}) De virtutibus beatae et perpetuae virginis Mariae = *BHL.* 5347, vers. 631-880, 901-928, 6480-6611, 6906-7497, 243-286, 2616-2625, 1166-1231, 3095-3351, 6612-6905, 1-21.

Des. in medio versiculo 21: *Et Iesus benignissimus.*

3. (Fol. 125^{v}-128) Miraculum S. Thomae apost. = *BHL.* 8145.

CODEX 1122 (olim 226)

Membraneus, foliorum A et sign. 293 (0^{m},367 × 0,263), paginis bipartitis exaratus saec. XIV extr.

Fol. A. descriptus est saec. XVI index libellorum.

Insunt praesertim opera polemica, ascetica et liturgica Iohannis de Ienzenstein episcopi Pragensis. Cf. Fr. Palacky, *Literarische Reise nach Italien im Jahre 1837* (Prag. 1838), p. 57-59.

(Fol. 157-161^{v}) Miracula B. Mariae Visitationis.

Inc. prol. *Ast pestiferis irruentibus malis in hoc perversissimo scismatis tempore, putas si quis inveniat fidem super terram.* — Inc. *Primo autem scienda sunt miracula quae in isto festo visitationis tunc quando virgo gloriosa Elizabeth* <*salutavit*>, *contigerunt...* Post quaedam de ipsa visitatione dicta, exponitur institutio festi Visitationis atque narrantur quindecim miracula quae saec. XIV contigerunt. — Des. *et quod sibi contigit, gratias agens enarravit.* — Saepe de Iohanne episcopo meminit scriptor, sub cuius certe tempore et in cuius dioecesi scribit, neque tamen eum laudibus ornat. Unde coniciat quis a Iohanne et haec miracula esse scripta.

CODEX 1188 (olim 234)

Membraneus, foliorum A et sign. 1-221, 223-226 (0^{m},372 × 0,260), paginis bipartitis exaratus saec. XV. Perierunt folia 12-17, 70-76.

Fol. A-A^{v} descriptus est manu saec. XVI index Vitarum.

1. (Fol. 1-7) Passio B. Petri apostolorum principis = *BHL.* 6664.

2. (Fol. 7-8) Vita vel actus sive passio B. Pauli apost., gentium doctoris sacratissimi = *BHL.* 6576.

3. (Fol. 8-11^{v}) Martyrium S. Pauli apost. a Lino ep. Romano

VATIC. 1188. graeca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum = *BHL*. 6570.

4. (Fol. 11ᵛ) Prologus in passionibus apostolorum Petri et Pauli incipit felicissime.

Foliis perditis, superest solum hoc lemma.

5. (Fol. 18-19) De S. Iacobo apost. = *BHL*. 4057.

Foliis perditis (ex indice constat hanc Passionem incepisse fol. 17), inc. mutila: *inimici. Dicit ei apostolus: Nunc vade....* (=MOMBRITIUS, fol. 19ᵛ, col. 1, l. 3).

6. (Fol. 19-22) Passio S. Bartholomaei = *BHL*. 1001-1003.

7. (Fol. 22-25ᵛ) Translatio eiusdem Bartholomaei = *BHL*. 1005, 1007.

8. (Fol. 25ᵛ-29) Passio S. Mathaei apost. et evang. = *BHL*. 5691.

9. (Fol. 29) Prologus in laude beati et gloriosi Lucae evangelistae domini nostri Iesu Christi.

Brevis laudatio, quae inc. et des. ut ea de qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 222[34].

10. (Fol. 29-31ᵛ) Expositio venerabilis Dicorosi presbyteri in laudem B. Lucae evang. = *BHL*. 4973.

11. (Fol. 31ᵛ-35ᵛ) De ss. apostolorum Symonis et Iudae passione et actibus = *BHL*. 7752, 7753, 7749.

Prologo *BHL*. 7752 praemissus est alter isque brevis, qui inc. *Symon Chananaeus ad distinctionem...* et des. *chana quippe zelus interpretatur.* — Des. Passio ut indicatum est *Catal. Lat. Rom.*, p. 65[46].

12. (Fol. 35ᵛ-38) Actus et passio S. Andreae apost. = *BHL*. 428.

Praemissus est prologus de quo *Catal. Lat. Rom.*, p. 67[71].

13. (Fol. 38-44) De sanctissimo apostolo Christi Thoma eiusque actibus et passione = *BHL*. 8143, 8136.

14. (Fol. 44-49) Melliti ep. Laudotie super vita et doctrina B. Iohannis apost. et evang. = *BHL*. 4321.

Inter prologum et Passionem insertus est prologus alter, de quo *Catal. Lat. Rom.*, p. 79[125].

15. (Fol. 49-53) De S. Mathia apost. = *BHL*. 5695.

16. (Fol. 53-55ᵛ) De B. Barnaba apost. prologus et eiusdem actuum aliquorum narratio = *BHL*. 985 (prologus et pars I).

Sequitur initium partis II et initium partis III ita coniuncta: *Huc usque... deflorare curavimus. Sed quia... cernere non valuit, cetera quae sequuntur et quo ordine... fideliter declaramus.*

17. (Fol. 55ᵛ) De B. Barnaba apost. prologus = *BHL*. 984.

18. (Fol. 55^{v}-57) Narratio S. Marci evang. de eodem = *BHL.* 985, pars III. VATIC. 1188.

Inc. *Iohannes igitur...*

19. (Fol. 57-59) Passio S. Marci evang. — *BHL.* 5276.

Praemissus est prologus de quo *Catal. Lat. Rom.*, p. 83^{18}.

20. (Fol. 59-59^{v}) De S. Philippi apost. passione = 6813, 6817.

Omissis inepte primis verbis, inc. *BHL.* 6817 : *Et factum est ut repente quasi caelitus fulmen ostensum...*

21. (Fol. 59^{v}-61^{v}) Passio beatissimi apost. Iacobi, fratris domini nostri Iesu Christi.

Inc. ut *BHL.* 4086. — Des. ut indicatum est *Catal. Lat. Rom.*, p. 84^{51}. Praemissus est prologus de quo ibidem.

22. (Fol. 62-66) Passio ss. mm. Nerei et Achilei = *BHL.* 6058, 6059, 6063, 6064. Maii 12.

23. (Fol. 66-67) Passio S. Pancratii mart. = *BHL.* 6427. Maii 12.

24. (Fol. 67-67^{v}) Scripta Pastoris presb. ad Thimotheum de vita et obitu S. Pudentianae virg. = *BHL.* 6990. Maii 19.

25. (Fol. 67^{v}-68) Vita S. Petronillae virg. = *BHL.* 6061, 6062.

26. (Fol. 68-69^{v}) Passio S. Quirini mart. = *BHL.* 7035, 7036. Maii 24.

27. (Fol. 77-80) <Passio S. Cypriani ep.> = *BHL.* 2041.

Foliis perditis, inc. mutila : *de novellis scrobibus expressit, nemo adhuc umquam de plantatis arbusculis... (P. L.,* cap. 2 sub fin.)

28. (Fol. 80-82^{v}) Sancti ep. et mart. gloriosi Polycarpi tractatus editus ab Eusebio Caesariensi episcopo.

Inc. *Ea tempestate qua Anicetus* et rel. ut *BHL.* 6880. — Des. ut *BHL.* 6875.

29. (Fol. 82^{v}) Epistola Aviti presb. Ispani ad papam Falconium de reliquiis et revelatione protomart. Stephani = *BHL.* 7850.

30. (Fol. 82^{v}-84^{v}) Revelatio Luciani presb. ex reliquiis beatissimi Stephani primi diaconi et primi martyris Christi = *BHL.* 7854, 7855.

31. (Fol. 84^{v}-86) Relatio translationis corporis S. Stephani a Hierosolimis Constantinopolim = *BHL.* 7858.

32. (Fol. 86-91^{v}) Epistola Severi ep. de laude et miraculis S. Stephani protomart. = *BHL.* 7859.

33. (Fol. 91^{v}-100^{v}) De mirabilibus S. Stephani protomart. = *BHL.* 7860-7862.

Vatic. 1188. **34.** (Fol. 100^{v}-102) Sermo B. Augustini ad plebem de fratris et sororis trementium sanitate = *BHL.* 7868-7872.

Des. *BHL.* 7868: *praestiterunt.* — Inc. 7870: *recitabitur: Ad hanc promis<s>ionem populo in crastinum redeunte, ita exorsus sum: Hesterna die...* — Inc. 7871: *Ita libelli recitatione finita, ad populum loqui iterum coepi: Misericordia...* — Des. 7872: *directi sunt et hic sanati sunt, optinente protomartyre Stephano et annuente Christo Domino, qui vivit... Amen.*

35. (Fol. 102-109) Libellus Severi de vita S. Martini ep. = *BHL.* 5610.

36. (Fol. 109-110^{v}) (Sulpicii Severi epistulae de S. Martino) = *BHL.* 5612, 5611.

37. (Fol. 110^{v}-125^{v}) Dialogus Severi in vita S. Martini = *BHL.* 5614-5616.

38. (Fol. 125^{v}-127) Eiusdem Severi ad matrem Bassulam epistola = *BHL.* 5613.

39. (Fol. 127) Vita Severi Sulpitii.

Gennadius, *De viris ill.*, c. 19. Continuo subiuncta sunt quaedam ex Pseudo-Augustini epistula (*BHL.* 3867) desumpta: *Invenitur etiam hic noster Severus peculiari amicitia et amore familiarissimus fuisse sancti Augustini. Nam in quadam epistola quam idem sanctus venerabili viro Cyrillo episcopo Hierosolymitano scribit...sicut revelatum fuit eisdem deces<s>isse. Haec Augustinus.* Sequuntur haec: *Insuper invenitur Genadium historiographum in libro quem de viris illustribus scripsit hunc Severum inter alios connumerasse. Qua de re utique concludere possumus eum fuisse et vitae et sanctitatis et facundiae immensae, virtutibus apud Deum et homines spectabilem et acceptum.*

40. (Fol. 127^{v}) <Narratio de S. Martino>.

Narrat quidam devotus scriptor qualiter convenientibus sanctissimis viris Martino et Ambrosio in quodam conventu et concilio plurimorum episcoporum, sanctus Ambrosius, qui patronum nostrum magno venerabatur honore, videns sanctum[1] *virum habitu et persona despicabilem, cuidam coepiscopo ad aurem incurvatus tacitus dixit: "Vide Martinum, qualis primo aspectu compareat, „ et tamen Deus tot per eum signa insinuat in testimonium virtu- „ tum quae in eo sunt." At vir Dei Martinus haec verba divina revelatione cognoscens, decenter et modeste redarguens, dixit: "Ambrosi, ipse fecit nos et non ipsi nos." Quo audito, sanctus Ambrosius expavit et in maiorem viri Dei venerationem excrevit.*

[1] supplevi ex cod. Urbinate lat. 50^{5}.

41. (Fol. 127^{v}) <Verba S. Ambrosii de S. Martino>.

Ambrosius doctor eximius, qui tempore beati Martini Mediolani

regebat ecclesiam, volens litteris exprimere quid de sancti viri virtutibus sentiret, sic ait : " Beatus Martinus prophana erroris templa destruxit, vexilla pietatis erexit...ut alios supplicationibus alios iussu salvaret. „ Vatic. 1188.

42. (Fol. 127v) <Quo tempore codex sit scriptus>

Anno incarnati Verbi millesimo quinquagesimo secundo, dum proficisceretur Romam Odalricus sancte Remensis ecclesie praepositus et canonicus, detulit autenticum horum infra scriptorum quatuor librorum secum deditque sancto Martino ecclesie Lucane auro argento et sculpto ebore decentissime coopertum. In quo videlicet ebore hi versus habentur :

Mucro secat clamidem, Martinus vestit egentem;
Indutum clamide se Cristus monstrat eadem.
Poscit Odalricus pro munere codicis huius
Martini precibus sancti[1] *conscribier unus.*

[1] *sanctis* cod. Urbinas lat. 50[7].

Sequitur : *Explicit Vita S. Martini episcopi Turonensis per modum dyalogi a Severo Sulpicio feliciter edita.*

43. (Fol. 127v-130) B. Pauli primi heremitae Vita a B. Hieronymo presb. edita = *BHL.* 6596.

44. (Fol. 130-147) S. Antonii ab. Vita ab Athanasio ep. edita = *BHL.* 609.

Deest epilogus Evagrii.

45. (Fol. 147-154) Vita B. Ylarionis = *BHL.* 3879.

46. (Fol. 154-171v) Vita S. Pachumii ab. = *BHL.* 6410.

47. (Fol. 171v-180) Vita S. Paulae Romanae = *BHL.* 6548.

48. (Fol. 180-182) De monacho captivo = *BHL.* 5190.

49. (Fol. 182-204) Liber sanctorum patrum, de mirabili institutione et ordinatione ac conversatione eorum = *BHL.* 6524.

Desunt ultima capita 20-33; pro quibus positae sunt (fol. 202v-204v) narrationes quaedam : *BHL.* 6538, caput ultimum; *BHL.* 6527, lib. xviii, § 17 ; lib. xiii, § 13 ; lib. v, § 38 ; lib. vi, § 21.

50. (Fol. 204v-205v) De Marina sancta = *BHL.* 5528.

Pagina non impleta et omissa ultima sententia, des. *benedixerunt Deum.*

51. (Fol. 206-214) Vita B. Ambrosii archiep. = *BHL.* 377.Dec.7.

52. (Fol. 214-219) Vita S. Augustini = *BHL.* 792.

53. (Fol. 219-226) De vita et obitu B. Hilarii ep. Pictaviensis = *BHL.* 3885, 3887.

Vatic. 1189.

CODEX 1189 (olim 1119)

Membraneus, foliorum 203 (0^{m},325 × 0,238), paginis bipartitis exaratus saec. X XI. Fol. 2 manu saec. XIV: *Iste liber est monasterii Sancti Gregorii in Clivo Scari.*

1. (Fol. 1-7) Passio SS. Marcelli papae, Cyriaci, Largi et Zmaragdi, Trasonis, Saturnini, Sisinnii, Aproniani, Papiae et Mauri et ceterorum = *BHL.* 5235. Ian. 16.

2. (Fol. 7-13) Acta B. Antonii et Pauli heremitae collecta de vitas patrum. Ian. 17.

Narratio fabulis plena de qua *Catal. Lat. Rom.*, pp. 3^{14}, 49^{15}. — Inc. *Beatus Antonius abbas, cum esset in civitate Patras in monasterium, non valebat servitium Dei facere quo ipse cupiebat, quia cotidie videbat ad se venire multas gentes saeculares* — Des. *et indutus est tunicam beati senix, quam de* |||||||||| *palme facta fuerat. Ipse vero fecit primum monasterium in terra illa, praestante Domino... Amen.*

3. (Fol. 37^{v}-42) Natalis S. Blasii mart. = *BHL.* 1379. Febr. 3.

Des. *Traditum est enim hoc usque in hodiernum diem omnibus fidelibus perficientibus memoriam beatissimi et gloriosi martyris Blasii cum lampadibus et hymnis et gloria indesinenter. Passus est enim... Amen.* Cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 229^{1}.

4. (Fol. 43-47^{v}) <Passio S. Agathae virg.> = *BHL.* 133.

Inc. *Sancta Agathe passa est in civitate Cathenensium sub Decio imperatore ter consule, sub die nonarum februariarum. Quintianus consularis...*

5. (Fol. 47^{v}-58^{v}) Natalis S. Scolasticae virg. Omilia ben. Berthari abbatis = *BHL.* 7516, 7517. Febr. 10.

6. (Fol. 58^{v}-67^{v}) Passio SS. Abbacyri et Iohannis = *BHL.* 2078. Ian. 31.

7. (Fol. 67^{v}-72) Passio SS. Marii, Marthae, Audifax et Abbacum = *BHL.* 5543. Ian. 20.

Ante cap. 6 insertum est lemma: *Incipit Passio S. Valentini presbyteri XVI kalendas martias.*

8. (Fol. 72-75^{v}) Passio S. Valentini ep. = *BHL.* 8640. Febr. 14.

9. (Fol. 75^{v}-84) Passio ss. quadraginta = *BHL.* 7540. Mart. 9.

10. (Fol. 90-97^{v}) Vita beatissimi Gregorii papae urbis Romae = *BHL.* 3641, lib. I, c. 8-16, 21-25, 33-37, 43, 44; lib. II, c. 23-26; lib. IV, c. 80. Mart. 12.

CODEX 1190 (olim 2171)

Membraneus, foliorum A et sign. 1-179, 181-264 (0^{m},380 × 0,282), paginis bipartitis exaratus variis manibus saec. XII.

Fol. 6 manu saec. XIV/XV : *Liber ecclesie Sancti Iohannis ad Marmoratas de Burgo porte Anestaxii de Ravenna*. Eadem manu eadem scripta sunt fol. 263ᵛ, his additis : *assignatus michi et sacriste ecclesie Ravenn(atis) per dominum Bartholomeum de Zenariis de Ravenna*. VATIC. 1190.

Folia 1-5 ex alio codice huc illata sunt.

Fol. A-Aᵛ descriptus est saec. XVII index Vitarum.

1. (Fol. 1-2ᵛ) <Narrationes de S. Nicolai morte et miraculis> = *BHL*. 6156, 6164, 6165, 6170 a.

Foliis perditis, narratio 6156 inc. mutila : *Qui etiam si aegrotis in potum data fuerit*... (FALCONIUS, p. 124). — Narratio 6170a inc. *Aliud quoque*...

2. (Fol. 2ᵛ-4ᵛ) Vita B. Petri archipraesulis Ravennae, qui et Grisogoli vocatur = *BHL*. 6770.

Des. *usque in hunc diem*.

3. (Fol. 4ᵛ-5) Vita S Mariae Magdalenae = *BHL*. 5454.

4. (Fol. 5-5ᵛ) <Carmen de S. Nicolao>

De quo *Catal. Lat. Rom.*, p. 185[41]. Praemissa sunt haec : *His ita praemissis, effundamus aliquantulum coram illo preces et in fine huius paginae patrociniis eius fruamur. O venerande amice Dei Nycholae amator*.

5. (Fol. 5ᵛ, add. saec. XII) <Passio S. Margaritae virg.> = *BHL*. 5305.

Foliis perditis, des. mutila : *ne coinquinetur corpus meum, ne proiciatur margarita* (= MOMBRITIUS, fol. 104, col. 2, l. 8).

6. (Fol. 12ᵛ-15) Passio ss. mm. Iohannis et Pauli = *BHL*. 3236, 3238.

7. (Fol. 15-21ᵛ) Actus, vita sive passio B. Petri apostoli et apostolorum principis (*cod.*-pem) feliciter edita a Lino episcopo Romae = *BHL*. 6664.

8. (Fol. 21ᵛ) Prologus de passione S. Petri = *BHL*. 6670.

9. (Fol. 21ᵛ-22ᵛ) Acta B. Pauli apost.

Narratio ex variis locis Actuum apostolorum excerpta. — Inc. *Dum implerentur autem dies multi, consilium fecerunt Iudaei* (= *Act*. 9, 23) — Des. *praedicans regnum Dei et docens quae sunt de Domino Iesu Christo* (= ibid., 28, 31).

10. (Fol. 22ᵛ-23) Prologus in passione S. Pauli = *BHL*. 6572.

11. (Fol. 23-28) Martyrium S. Pauli apost. a Lino ep. Romano graeca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum = *BHL*. 6570.

12. (Fol. 28-29) Passio VII Fratrum = *BHL*. 2853.

VATIC. 1190. **13.** (Fol. 29-30^{v}) Passio ss. mm. Naboris et Felicis.

Recensio de qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 15[59].

14. (Fol. 30^{v}-35^{v}) Passio S. Quirici et Iulittae.

Inc. *Imperante praeside Alexandro, in civitate Nicomediae facta est grandis persecutio christianorum. Iulitta autem mater beati Quirici erat timens Deum* — Des. *Et factum est autem prandium de tauro et hyrcus; discumbentem undecim milia viri comedentes saturati sunt exinde sub potestate Domini Dei caelorum et angeli atque sanctorum omnium. Martyrizatus est autem sanctus Quiricus cum matre sua Iulitta et aliorum viri quadrigenti XL in civitate Nichoniae sub praeside Alexander die quoque idus iulii, regnante Domino... Amen.*

15. (Fol. 35^{v}-38^{v}) Gesta S. Rophilli conf. = *BHL.* 7283.

16. (Fol. 38^{v}-43^{v}) Passio S. Apolenaris sacerdotis et mart. = *BHL.* 623.

17. (Fol. 43^{v}-46^{v}) Passio S. Iacobi apost., fratris Iohannis evang. = *BHL.* 4057.

18. (Fol. 46^{v}-48^{v}) Passio S. Nazarii mart. = *BHL.* 6040.

Reliquis omissis, des. *sanctos tuos et discipulos* (cod.-*lus*) *apostoli tui beati Petri* (= *Catal. Lat. Brux.*, c. 7 extr.). *Martyrizatus est autem... Amen.*

19. (Fol. 48^{v}-51^{v}) Passio ss. mm. Abdon et Sennen = *BHL.* 6884 et 6.

20. (Fol. 51^{v}-52^{v}) Passio SS. Machabaeorum = *BHL.* 5109.

21. (Fol. 52^{v}-53) Passio S. Eusebii mart.

Ex sermone S. Ambrosii *(P. L.*, t. XVII, col. 720-21). — Inc. *Igitur evolutis multis temporum curriculis, Arrianorum detestanda perfidia...* (= ibid. c. 5 in.) — Des. *nec disparem eum illorum esse gratiae credimus, quos etiam die una pariter caelestis gloria coronavit* (cf. cap. 7 extr.). *Martyrizaverunt autem simul admirabiles Christi triumphatores die kalendarum augustarum sub Antiocho rege et Constancio principe, regnante vero Domino.... Amen.*

22. (Fol. 53-54) Passio S. Stephani sacerdotis et mart. = *BHL.* 7845.

23. (Fol. 54-56) Passio S. Sixti ep. = *BHL.* 7801.

24. (Fol. 56-58) Passio S. Donati mart. = *BHL.* 2289.

25. (Fol. 58-60) Passio S. Cyriaci diaconi et mart. = *BHL.* 2057.

26. (Fol. 60-62^{v}) Passio S. Laurentii levitae et mart. = *BHL.* 4753.

Inc. *Postquam decollatus est beatus Sixtus, milites tenuerunt...*

27. (Fol. 62^{v}-63^{v}) Passio S. Eupli sacerdotis et mart.

Inc. *Temporibus Diocliciani et Maximiani imperatorum et Mauri, beatus Euplus episcopus III kalendarum augustarum Cathena in secretario pro bello clamavit dicens : " Mori volo christianus "* — Des. *me exspectant iusti, donec retribuas mihi. Et sic beatissimus Euplus episcopus accepit coronam gloriae, glorificans Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Martyrizatus est autem... Amen.* Cf. *BHL.* 2728-2730. Vatic. 1190.

28. (Fol. 63ᵛ-65ᵛ) Passio S. Yppoliti mart. = *BHL.* 3961.

29. (Fol. 65ᵛ-66) Passio S. Cassiani mart. = *BHL.* 1626.

30. (Fol. 66-77ᵛ) S. Hieronymi presb. ad Paulam et Eustochium epistola de assumptione perpetuae Virginis.

P. L., t. XXX, col. 122-42.

31. (Fol. 77ᵛ-81ᵛ) Passio S. Mamae mart.

Inc. *In diebus illis cum primitus* etc. ut *BHL.* 5195. — Des. *Haec cum diceret, reddidit spiritum. Martyrizatus est autem.... Amen.*

32. (Fol. 81ᵛ-82) Passio S. Demetri mart.

Inc. *Cum esset Maximianus imperator in Thesalonicensium civitate, homo crudelissimus, idolorum fautor, hanc auctoritatem dedit ut si quis christianus sacrificare noluisset* — Des. *ibique sancto Demetrio basilicam in Christi nomine construxit. Ubi operatur beneficia Dominus ad laudem nominis sui intercessionibus et meritis beatissimi martyris Demetrii usque in hodiernum diem. Martyrizatus est autem... Amen.* Cf. *BHL.* 2122 sqq.

33. (Fol. 82ᵛ-86) Passio S. Bartholomaei apost. = *BHL.* 1001, 1002.

34. (Fol. 86-87) Passio Anastasii mart. = *BHL.* 414.

35. (Fol. 87-88ᵛ) Passio S. Alexandri mart. = *BHL.* 276.

Deest prologus.

36. (Fol. 88ᵛ-97) Acta S. Augustini ep. = *BHL.* 785.

37. (Fol. 102ᵛ-105ᵛ) Vita S. Savini = *BHL.* 7408.

Inc. ut indicatum est *Catal. Lat. Rom.*, p. 99[19].

38. (Fol. 105ᵛ-106ᵛ) De Paulino Nolanae civitatis episcopo = *BHL.* 6560.

39. (Fol. 106ᵛ-113) Vita S. Marini conf. = *BHL.* 4830.

40. (Fol. 121-122ᵛ) In exaltatione sanctae crucis = *BHL.* 4178.

41. (Fol. 122ᵛ-123ᵛ) Passio S. Cornelii papae = *BHL.* 1958.

42. (Fol. 123ᵛ-124ᵛ) Passio S. Cypriani sacerdotis et mart. = *BHL.* 2037.

43. (Fol. 124ᵛ-126) Passio S. Euphimiae mart.

Narratio non ita longa, quae inc. ut *BHL.* 2708 (ita : *Quae passa est sub Diocliciano imperatore, proconsule autem Prisco. In*

Europa erat congregatio...) et des. *Sancta vero Euphimia reddidit spiritum. Venientes autem mater eius et pater occulte, adsumpserunt corpus eius et curatum ex more sepelierunt in locum novum quasi ad mille passus civitatis Calcedonensium. Martyrizata est autem... Amen.*

44. (Fol. 126-130^{v}) Passio ss. mm. Cypriani et Iustinae = *BHL.* 2047, 2050.

45. (Fol. 130^{v}-136) Passio S. Mathaei apost. et evang. = *BHL.* 6544, c. LXXVI, et *BHL.* 5690.

46. (Fol. 136-138) Hic inventio ecclesiae S. Michaelis archangeli = *BHL.* 5948.

47. (Fol. 139-140^{v}) Passio S. Iustinae virg. et mart. = *BHL.* 4572.

48. (Fol. 140^{v}-143^{v}) Vita S. Pelagiae = *BHL.* 6606.

49. (Fol. 143^{v}-147) Vita S. Hieronymi = *BHL.* 3869.

50. (Fol. 147-150^{v}) Passio B. Dionysii, Rustici et Eleutherii = *BHL.* 2178.

Omisso epilogo, des. *virtutum signa declarantur. Passi sunt autem... Amen.*

51. (Fol. 150^{v}-151^{v}) Passio S. Domnini mart. = *BHL.* 2265.

52. (Fol. 152-154^{v}) Passio S. Calixti papae mense octubris = *BHL.* 1523.

53. (Fol. 154^{v}-158) Natalis S. Luci aevangelistae = *BHL.* 4973. Oct. 17.

Praemissus est prologus de quo *Catal. Lat. Rom.*, p. 222[54].

54. (Fol. 158-160) Passio ss. mm. Cosmae et Damiani = *BHL.* 1967.

55. (Fol. 160-166^{v}) Passio S. Symonis et Iudae = *BHL.* 7752, 7753, 7750, 7751.

56. (Fol. 170-172) Passio S. Caesarii diac. = *BHL.* 1511.

Reliquis omissis, des. *et sepelivit in nocte in loco iuxta Terracinam civitatem, ubi usque hodie florent corpora eorum. Martyrizatus est autem... Amen* (cf. *Act. SS.*, cap. 30, annot. [31]).

57. (Fol. 172-173) S. Eustochiae virg. = *BHL.* 2775. (Nov. 1).

58. (Fol. 173-174^{v}) Passio ss. mm. Vitalis et Agricolae = *BHL.* 8691.

59. (Fol. 174^{v}-184^{v}) Vita S. Martini conf. = *BHL.* 5610, 5615, 5616, 5613, 5619, 5620.

Folia perverso ordine posita et signata sunt; hic autem est rectus ordo: 174, 175, 177, 176, 179, 178, 181-184.

Omissis epistula et prologo, exscripta sunt Vitae *BHL.* 5610 cap. 2-11, 16, 17 et pars aliquanta capitum 24, 26, 27; sequuntur ex dialogo *BHL.* 5615 pars capitum 1, 2, 4-6, 8, 13, tum caput 15 dialogi *BHL.* 5616, subiunctis paucis lineis ex *BHL.* 5622: *O beatum virum, in cuius transitu sanctorum canit numerus, angelorum exultat chorus.... paradysus retinet laetum cum sanctis.* Sequitur epistula *BHL.* 5613, omisso prologo, tum narrationes *BHL.* 5619, 5620. VATIC. 1190.

60. (Fol. 184v-189) Passio B. Theodori mart. = *BHL.* 8085.

61. (Fol. 189-193) Vita S. Probi conf. = *BHL.* 6946.

Deest prologus.

62. (Fol. 193-195) Passio S. Victoris mart.

Inc. *In illis diebus persecutio erat christianorum ab imperatore scilicet Antonino. Erat quidam de Cilicia miles christianus timens Deum, nomine Victor* — Des. *Omnia enim [sunt] sicut dixerat evenerunt, et ex hoc maxime multi crediderunt in Domino. Martyrizatus est autem... Amen.* Cf. *BHL.* 8560.

63. (Fol. 195-195v) Revelatio vel inventio S. Antonini mart. = *BHL.* 580. (Nov. 13).

Des. *ita illum in caelestibus gaudiis chorus angelorum perpetua sociasset aeternitate. Gesta sunt.... Amen.*

64. (Fol 195v-196v) S. Bricii ep. = *BHL.* 1452.

65. (Fol. 196v-201v) Passio S. Platonis mart. = *BHL.* 6866.

Inc. *Non sunt peregrina Galatum quae dicturus sum, nec aliena omnibus habitantibus Ancyram, neque per tota vicinancia loca, quam saeva...*

66. (Fol. 201v-203) Passio S. Mauri mart. = *BHL.* 5787.

67. (Fol. 203-212) Passio S. Caeciliae virg. et mart. = *BHL.* 1495.

68. (Fol. 212-215v) Passio S. Clementi<s> sacerdotis et mart. = *BHL.* 1848.

69. (Fol. 215v-216v) Miraculum S. Clementi<s> = *BHL.* 1855.

Inc. *In divinis voluminibus...*

70. (Fol. 216v-217) Alium miraculum = *BHL.* 1857.

71. (Fol. 217-217v) Passio S. Grisogoni mart.

Brevis epitome, quae inc. *In illis diebus cum Dioclicianus in Aquiliense civitate esset positus et interficeret christianos, relatio cucurrit...* et des. *Qua eunte, sanctus Zoilus perrexit ad Dominum. Decollatus est autem sanctus Grisogonus sub die octavo kalendas decembrium sub Diocliciano imperatore, regnante vero Domino... Amen.*

72. (Fol. 217v-221) Passio S. Andreae apost. = *BHL.* 428.

Praemissus est prologus de quo *Catal. Lat. Rom.*, p. 77 [104].

Vatic. 1190. **73.** (Fol. 221-223) Passio S. Barbarae virg. et mart.

Inc. *In diebus illis sub imperatore Maximiano, praeside autem Marciano, erat quidam vir magnus, nomine Dioscorus* — Des. *Valentinianus autem quidam vir religiosus et timens Deum petiit corpus beatae Christi martyris... Martyrizata est autem... Amen.*

74. (Fol. 223-226^{v}) Vita S. Nicholai pontificis et confessoris Christi.

Inc. prologus. *Sit etsi vehementissima tuba longa nimis et ampla...* Docet scriptor tubam miraculorum S. Nicolai toto orbe personuisse; et quidem illam audisse tum Methodium patriarcham Constantinopolitanum, tum " Iohannem diaconum Sancti Ianuarii ecclesiae metropoleos Cappuanae „; additque sibi *quoque quasi longissime posito — distat autem satis habunde a provincia Liciae urbs Ravennae — et post longos excursus temporum, utpote circa millenarium post divinitus mortalitatem susceptam,* tubam illam insonuisse ideoque, se " brevi praelibatione ea contexturum „ quae a relatis auctoribus (Methodio et Iohanne) acceperit.

Inc. Vita. *Huius igitur venerabilis sacerdotis pater et mater cum essent nobilissimi* (cod.-*mo*) *Paterae urbis cives* — Des. *Legi tamen et certus sum quia post mortem eius de tumba illius rivus olei longo tempore emanavit; de quo multi languidi per virtutem Dei redditi sunt sanitati, ad laudem... Amen.*

75. (Fol. 227-229) Passio S. Savini ep. et mart. = *BHL.* 7451.

Omisso initio, inc. *Maximianus augustus iussit ut in capitolium* — Des. *et sepelivit eum miliario plus minus secundo a civitate Spolitina. Martyrizatus autem est... Amen.*

76. (Fol. 229-239) Vita S. Ambrosii ep. et conf. = *BHL.* 377.

77. (Fol. 239-241) Vita S. Zenoni ep. et conf. = *BHL.* 9001.

78. (Fol. 241-246^{v}) Vita S. Syri conf. = *BHL.* 7976.

79. (Fol. 246^{v}-247^{v}) Passio S. Eulaliae mart. = *BHL.* 2696.

Des. *Sepelivit... Martyrizata est autem... Amen.*

80. (Fol. 247^{v}-251^{v}) Passio B. Ursicini mart. = *BHL.* 8410.

Des. *vel alicuius comparis amore tuo. Passus est... Amen.* Sic desinit in omnibus exemplaribus integris.

81. (Fol. 251^{v}-253^{v}) Passio S. Luciae virg. et mart.

Inc. ut *BHL.* 4992. — Des. *Haec autem prosequente sancta Lucia, gladio visceribus transforata est et martyrium suum consummavit in pace. Martyrizata est autem... Amen.*

82. (Fol. 253^{v}-262) Passio B. Thomae apost. = *BHL.* 8136.

Praemissus est brevis prologus, qui inc. *Thomas qui dicitur didimus...* et des. *occubuit in Calaminicae Indiae civitate ibique sepultus est. Cuius natalis celebratur XII kal. ianuarias.*

83. (Fol. 263v-264, manu saec. XII) Vita S. Marinae virg.=*BHL.* 5528. VATIC. 1190.

Des. *multa mirabilia facit, caecos illuminat, leprosos mundat, obsessos a daemoniis liberat et quicquid mali in corpore alicuius manentis per eius honorem atque meritum a Domino videtur esse purgandum, ipso regnante... Amen.*

CODEX 1191

Membraneus, foliorum 205 (0m,430 × 0,308), paginis bipartitis exaratus saec. XII extr. Folia pridem signata erant 1-49, 60-149, 200-249, 300-316, periit vero folium olim sign. 4.

In duobus foliis chartaceis, quae codici subiuncta sunt, descriptus est saec. XVII index Vitarum.

Fol. 1 scriptum est manu recentiore : *Tertium passionarium.*

1. (Fol. 1-3) Passio S. Quirini ep. et mart. = *BHL.* 7035, 7036.

2. (Fol. 3-3v) Passio ss. mm. Tyburtii et Valeriani.

Inc. *Temporibus Almachii praefecti, sanctorum omnium inimici, cum beati martyres Tyburtius et Valerianus sanctorum martyrum pretiosas facerent sepulturas* — Foliis perditis, des. mutila : *Mox mira Dei clementia carnifex, sanctorum praedicatione audita, cum ceteris carnificibus credidit et cum omni domo*|

3. (Fol. 4-10) Passio S. Georgii mart. = *BHL.* 3393.

Omisso initio, inc. *Anno ab incarnatione Domini fere ducentesimo nonagesimo primo...* Cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 107[21].

4. (Fol. 10-12) Passio S. Marci evang. = *BHL.* 5276.

5. (Fol. 12v-14v) Passio S. Vitalis mart. et ss. mm. Gervasii et Protasii = *BHL.* 3514.

6. (Fol. 14v-15) Passio S. Iacobi apost. = *BHL.* 4093.

Des. *Populi autem cum omni honore sepelierunt eum ibi iuxta templum credentes in Christum, qui cum Patre... Amen.*

7. (Fol. 15-15v) Passio S. Philippi apost. = *BHL.* 6814.

8. (Fol. 15v-17) Inventio sanctae crucis.

Constat tribus partibus :

1a) *Eusebius Caesariensis nono capitulo noni libri ecclesiasticae historiae, quam beatissimus Ieronimus de graeco transtulit in latinum, de inventione sanctae ac vivificae crucis haec per ordinem refert : " Cum religiosissimus Constantinus... et ideo huic ab universis huic venerationem cultumque deferendum "* (= EUSEBII-RUFINI *Hist. eccl.*, lib. IX, cap. 9 pars prior).

Altera : *Item beatus Ieronimus in decimo supra memoratae historiae libro, quem ipse cum undecimo novem Eusebii libris addidit, de sanctae crucis inventione sic ait : " Per idem tempus*

VATIC. 1191, *Elena... sollicita veneratione servatur* „ (= RUFINI *Hist. eccl.*, lib. X (al. I), c. 7 et pars prior c. 8. Cf. *BHL*. 4164.

Tertia: *Quo autem tempore et a quo baptizatus sit gloriosissimus Constantinus, Anastasius apostolicae sedis bibliothecarius in ecclesiastica, quam etiam ipse scripsit, historia, ita commemorat: "Octavo decimo imperii sui anno Constantinus Romae a Silvestro baptizatus est. „ Quotquot enim in seniori Roma consistunt usque hodie baptisterium habent in testimonium quoniam a Silvestro Romae baptizatus est post tyrannorum peremptionem. Orientales autem apud Nicomediam aiunt eum circa mortem ab Eusebio Nicomediensi arriano baptizatum, ubi et contigit eum dormisse. Michi autem verius apparet quod Romae a Silvestro fuerit baptizatus et quod nominatae constitutiones, quae ad Meltiadem feruntur, ab Arrianis fictae sunt, qui gloriam hinc sibi festinant acquirere vel etiam piissimum principem lacerare. Hoc et Igmarus Remensis archiepiscopus, magnae autoritatis vir, in Vita beati Remigii astruit. Ergo nec illi audiendi sunt qui eum ab Eusebio papa aestimant baptizatum. Quot vero annis imperavit, beatus Ieronimus in praenominato ecclesiasticae historiae libro sic intimat: " Venerabilis Augustus Constantinus tricesimo imperii sui anno et primo defunctus est „.*

9. (Fol. 17-21ᵛ) Passio ss. mm. Alexandri, Eventi et Theodoli = *BHL*. 266.

10. (Fol. 22-23ᵛ) Inventio S. Michaelis archangeli = *BHL*. 5948, 5949.

11. (Fol. 23ᵛ-25ᵛ) Passio SS. Gordiani et Epimachi mart. = *BHL*. 3612.

12. (Fol. 25ᵛ-27ᵛ) Passio S. Antimi et sociorum = *BHL*. 561.

Primo capite pluribus verbis explicato, inc. *Temporibus Diocletiani et Maximiani pessimorum imperatorum beatus Antimus et socii eius propter confessionem Christi caesi carcere inclusi manebant...*

13. (Fol. 27ᵛ-29) Passio S. Panchratii mart.

Inc. *Temporibus Diocletiani et Maximiani sceleratissimorum imperatorum immanis persecutio fuit christianis. Post mortem Cleonii et coniugis eius Ciriades* — Des. *Sepultum est in sepulchro novo quarto idus maias Eodem autem tempore passa est virgo sacratissima Soteris... Amen*

14. (Fol. 29-36) Passio ss. mm. Nerei et Achillei et Domitillae = *BHL*. 6058-6066.

Deest prologus (*Nisi studia...*) — Insunt ante singulos libellos sua lemmata.

15. (Fol. 36-38ᵛ) Passio S Bonifatii mart. = *BHL*. 1413.

16. (Fol 39-41^v^) Vita S. Urbani papae = *BHL.* 8373.

17. (Fol. 41^v^-43^v^) Passio S. Restituti mart. = *BHL.* 7197.

18 (Fol. 43^v^-46) Passio ss. mm. Marcellini et Petri = *BHL.* 5230.

19. (Fol. 46-49) Passio SS. Primi et Feliciani mart. = *BHL.* 6922.

20. (Fol. 49-52) Vita S. Barnabae apost. = *BHL.* 984, 985 (prologus et pars I)

Sequitur idem locus qui in codice 1188[16] *(Huc usque... declaramus)*.

21. (Fol. 52-54^v^) Passio S. Barnabae apost. = *BHL.*985 pars III.

Inc. *Iohannes igitur...*

22. (Fol. 54^v^-56^v^) Passio ss. mm. Basilidis, Tripodis et Magdalis = *BHL.* 1018.

23. (Fol. 56^v^-58^v^) Vita S. Honofrii.

Inc. *Quadam die dum ego Paphnutius solus tacitusque residerem* — Reliquis omissis, des. *profecto scias quoniam cotidie angeli eis quos dixi famulantur et cibum eis,ut iam narravi, ministrant, et virtute superna in humano corpore illuminantur.* Cf. *BHL.* 6336, c. 1 sub in. et c. 5 extr. Est haec alia recensio.

24. (Fol. 58^v^-62) Passio ss. mm. Viti et Modesti = *BHL.* 8714.

Deest prologus.

25. (Fol. 62-64^v^) Passio sanctorum multorum martyrum.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 339[25].

26. (Fol. 64^v^-65^v^) Vita S. Paulini ep. = *BHL.* 6560.

Des. *videre potuissent.*

27. (Fol. 65^v^-70) Passio ss. mm. Iohannis et Pauli = *BHL.* 3236, 3238.

Des. ut *BHL.* 3241.

28. (Fol. 70-71^v^) Passio sanctorum apostolorum, quam Linus edidisse dicitur *(correxit manus recentior :* ex historia Iosippi iudaicae captivitatis) = *BHL.* 6650.

Addita sunt haec : *Dum autem corpora eorum a Graecis tollerentur ad orientem ferenda, factus est terrae motus in urbe, et concurrentes populi comprehenderunt eos via Appia ad Catacumbas, et ibidem custodita sunt corpora aliquanto tempore. Postea vero translata sunt et positum sancti quidem Petri corpus in Vaticano naumachiae, beati autem Pauli via Hostiensi ; ubi praestantur eorum beneficia usque in praesentem diem.* Cf. *BHL.* 6657, c. 66.

29. (Fol. 71^v^-73) Passio ss. mm. Processi et Martiniani = *BHL.* 6947.

VATIC. 1191. **30.** (Fol. 73-75) Passio ss. virg. Rufinae et Secundae = *BHL.* 7359.

31. (Fol. 75-76) Passio S. Felicitatis et filiorum = *BHL.* 2853.

32. (Fol. 76-78) Passio ss. mm. Naboris et Felicis.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 15[9].

33. (Fol. 78-80) Passio ss. mm. Victoris et Coronae.

Inc. *Sub Sebastiano comite Aegypti provinciae Alexandriae erat quidam miles christianus a Cilicia, nomine Victor* — Des. *et mox decollatus est magna constantia et exultatione. Quod multi videntes mirati sunt in illa die super omnibus his quae facta fuerunt et crediderunt in Dominum Iesum Christum. Passi sunt autem... Amen.* Cf. *BHL.* 8561, 8562.

34. (Fol. 80-84) Passio ss. mm. Quirici et Iulittae = *BHL.* 1808.

Deest prologus.

35. (Fol. 84-87) Passio S. Bonosae virg. et mart. = *BHL.* 1425.

36. (Fol. 87-90) Vita S. Alexii conf. = *BHL.* 286.

37. (Fol. 90-93^v) Vita S. Marinae virg.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 86[7].

38. (Fol. 93^v-94^v) Passio S. Symphorosae et filiorum eius = *BHL.* 7971.

Des. ut indicatum est *Catal. Lat. Rom.*, p. 53[10].

39. (Fol. 94^v-96^v) Passio SS. Caloceri et Parthenii = *BHL.* 1534.

40. (Fol. 96^v-101^v) Vita ss. virg. Praxedis et Pudentianae ac Pii papae.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, pp. 86[9], 164[21, 22].

41. (Fol. 101^v-105^v) Vita S. Mariae Magdalenae.

Omisso prologo, exscripta est pars prior Vitae *BHL.* 5439 (usque ad *oblivioni traderentur*, FAILLON, col. 566 med.), tum brevis locus ex eadem (*Misericordissima... mundo nuntiavit* = FAILLON, col. 571, lin. 7-33/34, omissis tamen quibusdam). Sequitur Vitae *BHL.* 5443 prologus, pars prior et pars postrema; quae, omissis ultimis sententiis, des. ut *BHL.* 5446. Subiuncta est tandem pia oratio : *Quapropter supplicamus te, Domine... quo ipsius consortes efficiamur gloriae, te annuente, qui vivis... Amen.*

42. (Fol. 105^v-111^v) Passio S. Apolenaris mart. = *BHL.* 623.

43. (Fol. 111^v-114^v) Passio S. Christinae virg. et mart. = *BHL.* 1754.

44. (Fol. 114^v-117^v) Passio S. Iacobi apost. = *BHL.* 4057.

45. (Fol. 117^v-121^v) Passio S. Christophori mart.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 87[16].

46. (Fol. 121v-124v) Incipit Relatio S. Pastoris presbyteri tituli Sanctae Pudentianae ad Timotheum presbyterum. Mense iulio die XXVI. Passio S. Pastoris = *BHL*. 5192. VATIC. 1191.

Ipsa Passio S. Mammetis. Quae, reliquis omissis, des. *Post quinque autem dies iussit praeses aperiri caminum ; et convenit illic multitudo populi* ; *et audierunt* (= MOMBRITIUS, fol. 70, col. 1 post med.)

47. (Fol. 125-131) Passio S. Pantaleonis mart. = *BHL*. 6439.

48. (Fol. 131-133v) Passio ss. mm. Nazarii et Celsi = *BHL*. 6040.

49. (Fol. 133v-134) Passio S. Felicis papae = *BHL*. 2857.

50. (Fol. 134-135) Passio ss. mm. Simplicii, Faustini et Beatricis = *BHL*. 7790.

51. (Fol. 135-137v) Passio S. Seraphiae virg. et mart. = *BHL*. 7586.

52. (Fol. 137v-138v) In festo S. Germani ep.

Vitae S. Benedicti *BHL*. 1102 caput 35 *(P. L.)* Inc. *Quodam itaque tempore Servandus diaconus* — Des. *omnia inferiora monstravit.*

53. (Fol. 138v-144) Passio S. Stephani papae, Boni, Mauri, Fausti et aliorum martyrum = *BHL*. 7845.

54. (Fol. 144-146v) Revelatio corporis beati protomartyris Stephani et sociorum eius edita a Luciano = *BHL*. 7851.

55. (Fol. 146v-149) Translatio corporis S. Stephani de Ierusalem ad Constantinopolim = *BHL*. 7858.

56. (Fol. 149-151) Translatio eiusdem de Constantinopoli in urbem Romam = *BHL*. 7881, 7879.

57. (Fol. 151-153v) Vita S. Donati mart. = *BHL*. 2289.

58. (Fol. 153v-156) Vita S. Donati conf. = *BHL*. 2304.

Deest prologus.

59. (Fol. 156-167v) Passio SS. Abdon et Sennen, Xisti, Laurentii, Yppoliti et aliorum martyrum = *BHL*. 6884, 6, 7801, 4753, 3961.

Insunt ante singulas partes sua lemmata. Sed et Passio 4753 in duas Passiones divisa est, alteram S. Laurentii, alteram S. Romani.

60. (Fol. 167v-174) Passio S. Susannae virg. et mart. = *BHL*. 7937.

61. (Fol. 174-175) Passio S. Eupli mart. = *BHL*. 2729.

62. (Fol. 175-176) Passio S. Eusebii = *BHL*. 2740.

63. (Fol. 176-178v) Passio S. Agapiti mart. = *BHL*. 125.

Inc. *Sub Antiocho duce pagano...*

64. (Fol. 178^{v}-185^{v}) Passio S. Ypoliti ep. et mart. = *BHL*. 3965.

Deest prologus.

65. (Fol. 185^{v}-187^{v}) Passio S. Ypoliti ep. et mart. = *BHL*. 3966.

Inc. *Post transitum beatissimae Pelagiae, quae per multos annos in quodam montis Oliveti antro degens masculus putabatur — fuerat etenim pessima meretrix — beatus Ypolitus, qui et Nonnus* — Des. *et fructus orationum sancti martyris exuberant usque in praesentem diem* (ut ultima pars narrationis *BHL*. 3963).

66. (Fol. 187^{v}-192) Passio S. Aureae mart. = *BHL*. 808, 809.

Reliquis omissis, des. *dicens: Deos et deas principum blasphemare noli* (= *Act. SS.*, num. 18 ante med.)

67. (Fol. 192-192^{v}) Passio S. Cassiani mart. = *BHL*. 1626.

68. (Fol. 192^{v}-196^{v}) Passio S. Bartholomaei apost. = *BHL*. 1002.

69. (Fol. 196^{v}-198) Passio S. Genesii mart. = *BHL*. 3320.

70. (Fol. 198-203^{v}) Vita S. Augustini ep. edita a Possidio ep. = *BHL*. 785.

Deest prologus et omissa sunt alia bene multa. — Foliis perditis, des. mutila: *Si quid vero ecclesia vel in sumptibus* (= *Act. SS.*, num. 70 sub init.)

71. (Fol. 204) <Passio S. Donati ep.> = *BHL*. 2304.

Inc. mutila: *est imperator, in mirabilibus quae Dominus per eum ostendere volebat...* (= *Bibl. Casin.*, p. 377, col. 1, lin. 17). Sunt eadem quae leguntur supra fol. 156.

72. (Fol. 204^{v}-205^{v}) <De S. Petro apostolo>.

Inc. *In illo tempore Dioclitianus et Maximianus imperatores diaboli tanta invidia exarsi sunt contra christianos ut basilicas eorum everterent* — Des. *condiderunt corpus eius in crypta extra oppidum et sepelierunt eum. Cuius passionem unusquisque, prout necesse habet, celebrat, et quicumque ex toto corde invocaverit.... Passi sunt autem... Amen.* Cf. *BHL.* 5092.

31. (Fol. 82-83^{v}) Passio S. Timothei mart. = *BHL.* 8299.

32. (Fol. 83^{v}-85^{v}) Eodem die S. Symphoriani mart. = *BHL.* 7967.

33. (Fol. 85^{v}-89^{v}) Passio S. Bartholomaei apost. = *BHL.* 1001, 1002. Aug. 25.

Des. ut indicatum est *Catal. Lat. Rom.*, p. 72[35].

34. (Fol. 89^{v}-90^{v}) Passio S. Genesii mart. = *BHL.* 3320.

35. (Fol. 90^{v}-94) Passio S. Pontiani mart.

Inc. *Unigenitus Filius Dei et Verbum Dei, per quem omnia facta sunt*... Multis disserit scriptor de praedicatione Evangelii et de martyribus, solis locis communibus usus. Narrationem vero incipit ita : *Erat autem vir prudens, mitis et rectus in* <*fi*>*de Christi, ortus ex vico qui Canarius dicitur* — Des. *Et ut auditum est quod Commodus tyrannus a daemonio strangulatus inventus esset, et ut Vitellius exclamans exspiravit, commovebatur universa civitas ad corpora beatorum martyrum, et gloriam Deo referebant, qui tantam victoriam sanctis suis dedit per Christum... Amen*. Cf. *BHL*. 2743 et *Catal. Lat. Rom*., p. 73[36]. VATIC. 6453.

36. (Fol. 94-101) Vita S. Augustini ep. = *BHL*. 792.

Praemissus est prologus Vitae *BHL*. 785.

37. (Fol. 102v-103) Passio S. Savinae mart. = *BHL*. 7407.

38. (Fol. 103-104) Passio SS. Felicis et Audacti = *BHL*. 2880.

39. (Fol. 104-107) Passio S. Reguli mart. Sept. 1.

Constat duabus partibus, quae continuo se excipiunt.

Priore narrata est passio martyris, addita brevi commemoratione de morte Totilae. Inc. ut *BHL*. 7102 et quidem cum eodem prologo. Desinit aliter ; nam post haec verba *Multi invalidi expectant eius beneficia, ut valentes fiant* (= *Act. SS*. num. 27 extr.) ita in codice : *Multum supereminet divinum opus humanis eloquiis. Ideo adest ratio beatissimi Reguli*... et sequitur narratio de Totila, quae des. *Totila ardet et gemet cum diabolo in infernum, et Regulus regnat cum Christo in aeternum* (cf. *BHL*. 7102 extr.).

Altera pars est narratio translationis, quam ex hoc ipso forsan codice edidit Ughellus (*BHL*. 7104). Verum his quae protulit Ughellus praemissa sunt quaedam (*Mirabilia quae per eum Deus operatus est post multum vero tempus martyrii sui non est silendum... annuntiate inter gentes opera eius*), sed et haec subiuncta : *Credimus et confidimus propter hanc sanctam observationem et beati Reguli intercessionem salvari et a malis omnibus liberari, adiuvante Domino... Amen*.

40. (Fol. 107-109) Passio S. Gorgonii mart. = *BHL*. 3619. Sept. 8.

41. (Fol. 109-115) Passio SS. Proti et Iacinti = *BHL*. 2667.

42. (Fol. 115-116) Passio S. Cornelii mart. = *BHL*. 1958. Sept. (14).

43. (Fol. 116-117) Passio S. Cypriani mart. = *BHL*. 2037.

44. (Fol. 117-118v) Exaltatio sanctae crucis = *BHL*. 4178. (Sept. 14.)

Des. *Tunc imperator oratione peracta .. Constantinopolim rediit*.

45. (Fol. 118v-119) <Inventio sanctae crucis> = *BHL*. 4169.

Reliquis omissis, des. abrupte : *Viso autem signo hoc, rex Constantinus fecit* (= *Act. SS*., num. 1 post. med.).

Vatic. 6453. **46.** (Fol. 119-121v) Vita S. Mamiliani cum sociis suis.

Narrantur eaedem fabulae quae in Vita *BHL* 7581, num. 1 extr.-num. 5, quibusdam etiam additis ; neque dissimilis est Vita his Actis de quibus *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 49, num. 19, 20. Propriam tamen chronologiam scriptorem nostrum habere ex primis verbis lector statim videbit.

Inc. *Eodem tempore quo Constantinus imperator fecit bellum cum Antonio et Cleopatra et vicit eos, tunc depopulata et maxima pars Tusciae et Campaniae ab exercitu Wandalorum ; multi captivi ducti sunt in Africam regionem. Inter quos etiam religiosissimus sacerdos, Mamilianus nomine, et Sentias cum tribus monachis Goboldeo, Ystochio et Infante deportati sunt cum propriis rebus* — Des. *Tunc omnes una cum Dei auxilio aedificaverunt ibi ecclesiam ; ubi requiescunt eorum corpora sancta. Et omnes <qui> puro corde petierunt ibidem et ubique auxilium a Domino, per merita eorum salvantur. Celebrantur natalitia eorum XVII kal. octobris, auxiliante Domino... Amen.*

47. (Fol. 121v-127v) Passio S. Mathaei apost. et evang. = *BHL.* 6544, c. LXXVI, et *BHL.* 5690.

48. (Fol. 127v-130v) Passio ss. mm. Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris cum sex milia C. LXVI martyribus = *BHL.* 5743. Sept. 22.

Inc. *Temporibus Dioclitiani quondam Romanae reipublicae princeps, cum ad imperium...*

49. (Fol. 130v-134v) Passio S. Teclae virg. = *BHL.* 8023. Sept. 23.

Des. *Cuius festa vel obitus celebratur VIIII kal. octobris... Amen.*

50. (Fol. 134v-138v) In natali S. Iustinae virg. = *BHL.* 2047, 2050.

51. (Fol. 138v-140v) In natali ss. mm. Cosmae et Damiani = *BHL.* 1971.

52. (Fol. 140v-141v) Miraculum SS. Cosmae et Damiani.

De quo *Catal. Lat. Rom.*, p. 74[61].

53. (Fol. 141v-143) Dedicatio basilicae S. Michaelis archangeli = *BHL.* 5949, 5948. Sept. 29.

54. (Fol. 145-147v) Vita S. Hieronymi presb. = *BHL.* 3871. Sept. 30.

55. (Fol. 147v-148) Passio S. Reparatae virg. et mart.

Inc. *Sub Decio praeside, qui fuit persecutor christianorum, erat quaedam virgo* — Des. *et conditum aromatibus sepelierunt. Requievit in Domino VIII idus octubris, regnante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 7184.

56. (Fol. 148-149v) Passio S. Domnini mart. = *BHL*. 2265. Vatic. 6453.
Oct. 8 *(corr.* 9).

57. (Fol. 149v-152) Passio ss. mm. Dionysii, Rustici et Eleutherii = *BHL*. 2178. Oct. 9.

58. (Fol. 152-155) Vita S. Cerbonii ep. et conf. = *BHL*. 1729.

59. (Fol. 155-157v) Passio S. Calixti papae et mart. = *BHL*. 1523.

60. (Fol. 157v-162) Vita S. Galli ab. = *BHL*. 3247.

Omisso prologo, exscripta sunt cap. 1-11 et, reliquis omissis, ita des. *Quid vero postmodum beatus Gallus in loco isto egerit, quamque copiosam fratrum congregationem ibidem sub monachica institutione coadunaverit, quantisve miraculis circumquaque refulserit et qualiter ad Deum de hac luce transierit, sequens lectio demonstrabit.* Nulla vero sequitur alia lectio de S. Gallo.

61. (Fol. 162-164) Vita S. Lucae evang. = *BHL*. 4973. Oct. 18.

62. (Fol. 164-166) Passio S. Miniatis mart. = *BHL*. 5965.
Oct. 25.

63. (Fol. 166-169v) Passio SS. Symonis et Iudae = *BHL*. 7752, 7753, 7750, 7751. Oct. 28.

64. (Fol. 173v-176) S. Caesarii mart. = *BHL*. 1511. Nov. 1.

65. (Fol. 176-177) Passio SS. Vitalis et Agricolae = *BHL*. 8691.
Nov. 4.

66. (Fol. 177-180v) Vita sanctissimi Leonardi conf. = *BHL*. 4862. Nov. 6.

67. (Fol. 180v-185) Passio SS. Quatuor Coronatorum = *BHL*. 1837. Nov. 8.

Pro ultimis verbis *(ut sexto idus novembris... Amen)* posita sunt ultima verba Passionis *BHL*. 1839 (*ut anniversaria eorum dies... Intercurrentibus tamen... Amen*).

68. (Fol. 185-186 bis) Passio S. Theodori mart. = *BHL*. 8077.
Nov. 9.

69. (Fol. 186 bis-190) Passio imaginis S. Salvatoris = *BHL*. 4228. Nov. 9.

70. (Fol. 190-199) Vita S. Martini ep. = *BHL*. 5610, 5613.
Nov. 11.

Deest prologus, non autem epistula ante Vitam 5610. — Deest et prologus narrationis 5613.

71. (Fol. 199-201) Ex cronica Gregorii Turonensis ep. = *BHL*. 5619-5623 et 5618, lib. I, c. 3 (al. 2, 3).

Vatic. 6453. **72.** (Fol. 201-208) Passio S. Ephisi mart. = *BHL*. 2567. Nov. 13.

73. (Fol. 208-210^{v}) Passio S. Potiti mart. Nov. 13.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 169[61]. — Foliis perditis, des. mutila : *statimque ferrum sicut cera liquefactum est. Tunc sanctus Poti*|

74. (Fol. 211) <Vita S. Briccii ep. > = *BHL*. 1452.

Foliis perditis, inc. mutila: |*anum in episcopatu constituerunt. Denique Bricius Romae urbis papam petiit...*

75. (Fol. 211-215) Vita S. Frigiani conf. = *BHL*. 3175. Nov. 18.

Des. *quia quisquis devote et ex vera fide sanctum eius nomen invocaverit, procul dubio petitioni eius annuitur, praestante Domino... Amen.* Cf. supra, p. 49[52].

76. (Fol. 215-224) Passio S. Caeciliae virg. = *BHL*. 1495. Nov. 22.

77. (Fol. 224-226^{v}) Passio S. Clementis mart. = *BHL*. 1848. Nov. 23.

78. (Fol. 226^{v}-227^{v}) Miraculum B. Clementis = *BHL*. 1855.

Inc. *In divinis voluminibus...*

79. (Fol. 227^{v}-230^{v}) Passio SS. Grisogoni et Anastasiae = *BHL*. 1795, 118. Nov. 24.

Deest prologus. — Foliis perditis, des. mutila : *Agapen et Cyoniam, quae... iussa principum implere noluerunt* (cod. *vol-*), *iussi*| (= *Act. SS.*, num. 8 in.).

CODEX 6454

Chartaceus, foliorum 260 (circ. $0^{m},21 \times 0,14$), exaratus saec. XVI/XVII.

(Fol. 223^{v}-225^{v}) <In> inventione S. Michaelis archangeli = *BHL*. 5948.

CODEX 6458

Membraneus, foliorum 167 [fol. 1 bis] (circ. $0^{m},21 \times 0,14$), exaratus variis manibus saec. XVI/XVII.

1. (Fol. 2-66^{v}) <Vita S. Silvestri papae> = *BHL*. 7726-7732.

2. (Fol. 67-74) Vita S. Felicis in Pincis = *BHL*. 2874.

3. (Fol. 74-75) Passio S. Felicis presb. = *BHL*. 2880.

4. (Fol. 75-77^{v}) Obitus Felicis presb., fratris alterius Felicis = *BHL*. 2885.

5. (Fol. 78-85) Passio S. Agathae virg. = *BHL*. 133.

6. (Fol. 85^{v}-86) De S. Georgio.

Epitome moderna Passionis *BHL*. 3393, quam invenerat scriptor " in

antiquo lectionario ms. „ (cf. cod. 6933[17]). Sequuntur (fol. 86) pauca quaedam de S. Marco evangelista excerpta ex Passione quae in eodem lectionario legebatur (cf. cod. 6933[20]). VATIC. 6458.

7. (Fol. 86-87v) De S. Iacobo apost. = cod. 6933[24].

Omissa est pars media seu ipse locus qui omittendus designatus est in marginibus illius codicis 6933, fol. 103v et 104.

8. (Fol. 87v-88) De S. Restituta virg. et mart.

Epitome moderna Passionis quae legitur in codicibus Vaticanis 6168[2] et 6933[57].

Sequitur (fol. 88-88v) brevis locus excerptus ex Passione SS. Marcellini et Petri *BHL.* 5230, tum (fol. 88v) annotatio in locum Passionis S. Barnabae.

9. (Fol. 88v-91v) Passio S. Ruxurii mart. = cod. 6453[30].

10. (Fol. 91v-99) Passio S. Teclae virg. = *BHL.* 8323.

Des. *Cuius festa vel obitus... Amen.*

11. (Fol. 99-100v) Passio S. Reparatae virg. et mart. = *BHL.* 7184.

12. (Fol. 100v-103v) Passio S. Miniatis mart. = *BHL.* 5965.

CODEX 6548

Chartaceus, foliorum sign. 334 (0^m,282×0,212), exaratus variis manibus saec. XVI.

1. (Fol. 1-4) De vita et obitu S. Stephani Calatiensis ep.

Praemissa ipsa brevi Vita *BHL.* 7897, sequitur narratio de miraculis, in qua referuntur tum pluribus verbis ea quorum epitome tradita est in libello *BHL.* 7898, num. 4-6, tum etiam alia. — Inc. narratio. *Igitur sui episcopatus administrationis cura suscepta... Quodam itaque tempore cum resurrectionis dominicae gaudia votiva quadragesimali observantia attenuatum populum recrearent* — Reliquis omissis, des. *O sanctitatis hospitium, domicilium pietatis, fons misericordiae et sanitatis apotheca, vim extingue* | — Integri libelli exemplar, illudque recenti etiam aetate exaratum, repperimus Neapoli in Bibliothecae Brancaccianae codice III. F. 9, fol. 16-25v.

2. (Fol. 5-8) Passio ss. mm. duodecim fratrum = *BHL.* 2297.

CODEX 6552

Chartaceus, foliorum A-C et sign. 114 (0^m,310×0,225), exaratus saec. XVI/XVII.

Totum implet " processus compulsorialis canonizationis B. Raymundi de Pennaforti „, cuius index descriptus est fol. B. Insunt :

1. (Fol. 29v-40v) Hic sunt aliqua breviter collecta de sancta vita et miraculis fratris Raymundi de Penyafort = *BHL.* 7070.

VATIC. 6552. **2.** (Fol. 40^{v}-49) <Miracula B. Raimundi anno 1279 conscripta> = cod. 6059^{2}.

3. (Fol. 49-71) <Miracula B. Raymundi> = cod. 6059^{3}.

4. (Fol. 71-75^{v}) De transitu per mare super cappam = *BHL.* 7072.

Des. *anno ab incarnatione Domini 1446.*

CODEX 6555. I

Chartaceus, paginarum sign. 132 (0^{m},310×0,216), exaratus saec. XVI.

Totum implet primus processus in causa canonizationis S. Franciscae Romanae factus anno 1440, de quo *Catal. Lat. Rom.*, p. 454.

CODEX 6749

Membraneus, foliorum A, B et sign. 314 (0^{m},329×0,228), paginis bipartitis exaratus saec. XIV in.

Assutus est quaternio, seu folia 315-322 (0^{m},260×0,185), exaratus alia manu saec. XIV.

Insunt Petri Damiani opera nonnulla, inter quae :

1. (Fol. 120^{v}-125) Sermo in festivitate S. Eleuchadii conf. = *BHL.* 2448.

2. (Fol. 127^{v}-131) Miracula B. Ruphini mart. = *BHL.* 7369.

3. (Fol. 144-146^{v}) Sermo in festivitate S. Fidelis mart. — *BHL.* 2924.

4. (Fol. 234-237^{v}) Vita B. Mauri ep. = *BHL.* 5771.

CODEX 6811

Chartaceus, foliorum sign. 120 (0^{m},272×0,200), exaratus variis manibus saec. XVI et XVII.

(Fol. 85-94, saec. XVI/XVII) Passio ss. mm. Patermuthii, Copris, Alexandri militis = *BHL.* 6471. Dec. 11.

CODEX 6933

Membraneus, foliorum 255, paginis bipartitis exaratus.

Ipse codex constat foliis 1-243 (0^{m}, 576×0,388) exaratis saec. XII extr. Assuta sunt folia 244,245 (0^{m},540×0,356) exarata saec. XII, folia 246-249 (0^{m},468×0,335) exarata saec. XII, et folia 250-255 (0^{m},463×0,335) exarata saec. XII.

1. (Fol. 1-2^{v}) <Passio S. Marcelli papae> = *BHL.* 5234.

Foliis perditis, inc. mutila : *Sisinnio diacono Apronianus commentariensis iam baptizatus coepit clamans dicere* (= *Act. SS.*, num. 6

sub in.)... et des. mutila : *Tunc Carpasius vicarius adduxit in conspectum suum eculeum et iussit*| (= ibid., num. 19 sub in.). VATIC. 6933.

2. (Fol. 3-16v) <Passio S. Sebastiani> = *BHL*. 7543.

Foliis perditis, inc. mutila : *singularis, omniumque liberalium peritia litterarum imbuti* (= *Act. SS.*, num. 7 med.).

3. (Fol. 16v-20) Passio S. Agnetis virg. = *BHL*. 156.

Des. *valeat invenire. Passa est autem... Amen.*

4. (Fol. 20-23) Passio S. Vincentii martyris edita a Prudentio (ed. a P. *manu recentiore cancellata*) = *BHL*. 8628, 8633.

5. (Fol. 23-29v) Passio S. Anastasii mart. = *BHL*. 411.

Deest prologus.

6. (Fol. 31v-36) Vita S. Geminiani ep. et conf. = *BHL*. 3299.

7. (Fol. 36v-38) Vita S. Severi ep. et conf.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 246[25].

8. (Fol. 41v-46) Passio S. Blasii ep. et mart. = *BHL*. 1379.

Des. ut indicatum est *Catal. Lat. Rom.*, p. 140-41[57].

9. (Fol. 46-48v) Passio S. Agathae virg. = *BHL*. 133.

10. (Fol. 48v-56v) Vita S. Eufraxiae virg. = *BHL*. 2178.

11. (Fol. 56v-58v) Passio S. Valentini ep. et mart. = *BHL*. 8460.

12. (Fol. 58v-62v) Passio ss. mm. Faustini et Iovittae = *BHL*. 2837.

13. (Fol. 62v-65) Passio S. Iulianae virg. = *BHL*. 4522.

Inc. *Temporibus Dioclitiani caesaris erat quidam senator* — Des. *in litore maris, et a volucribus caeli et bestiis terrae devoratus est. Passa est autem... Amen.*

14. (Fol. 67-71v) Sermo in laude S. Mathiae apost. = *BHL*. 5695.
Febr. 24.

15 (Fol. 71v-76v) Vita S. Gregorii papae.

Exscripto initio Vitae *BHL*. 3640 a c. 1 ad c. 10 extr. (... *ut cupierat repperisset*; cf. *P. L.*, col. 46 c), addita sunt haec : *et quia magnae prudentiae ac religionis virum eum esse cognoscebat.* Tum subiuncta sunt ex Vita *BHL*. 3641 libri I c. 7 (omissa prima sententia), 8-19, 20 (omissa ultima sententia), 38, 31, 32 ; quod, foliis perditis, des. sub ipso initio : *dilecto filio Gregorio venerabili diaco*|

Inter fol. 76 et 77 perierunt octo folia olim sign. 82-89.

16. (Fol. 77-86v) <Vita S. Benedicti ab.> = *BHL*. 1102.

Foliis perditis, inc. mutila : *Iohannes dicit : Erat lux vera...* (*Act. SS.*, p. 280, col. 2 med.).

17. (Fol. 89v-95) Passio S. Georgii mart. = *BHL*. 3393.

18. (Fol. 95-96) Item aliud miraculum draconis, quod Dominus fecit per B. Georgium.

VATIC. 6933. Inc. *Audite, fratres mei karissimi, miraculum magnum, quod fecit Deus propter gloriosum martyrem Georgium servum suum, quod factum est in quadam civitate, cui nomen erat Lasia. In qua erat imperator quidam, nomine Selinus* — Des. *Et est ibi curatio hominum infirmorum credentium dominum Iesum Christum. Haec et alia multa miracula fecit sanctus Georgius per eum qui dedit ei gratiam... in saecula saeculorum.* — Cf. *BHL.* 3386.

19. (Fol. 96-96^v) <Narratio de S. Georgio>.

Inc. *Et post haec exiens sanctus Georgius de civitate illa et pergens ad suam propriam civitatem, obviavit ei quidam daemon nudus et confusus* — Des. *et est ibi cruciatus sine fine. Haec mirabilia magna et supergloriosa miracula fecit beatus Georgius in Cappadocia, regnante Domino... Amen.* A Deo impetrat Georgius ut daemon ille in infernum detrudatur, ne homines ultra tentet.

20. (Fol. 96^v-98) Passio S. Marci evang. = *BHL.* 5276. April. 25.

21. (Fol. 98-99) Passio S. Vitalis mart. edita a B. Ambrosio = *BHL.* 8699. April. 28.

22. (Fol. 99-102) Passio S. Torpetis mart. = *BHL.* 8307. April. 29.

23. (Fol. 102-102^v) Passio S. Philippi apost. = *BHL.* 6817. Maii 1.

24. (Fol. 102^v-104) Passio S. Iacobi apost.

Inc. ut *BHL.* 4096. — Des. *in eodem loco prope templum. Triginta autem annos rexit... Hic est qui iuraverat se non comesturum panem... et dixit: " Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit a mortuis filius hominis "* (cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 60[51]). *In isto homine impleta est beatitudo quam Dominus promisit, dicens: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum, ipso ordinante... Amen.*

25. (Fol. 104-108^v) Passio SS. Alexandri, Eventi et Theodoli = *BHL.* 266. Maii 3.

26. (Fol. 108^v-110^v) Vita S. Iuvenalis edita a S. Maximino ep. = *BHL.* 4614. Maii 3.

Omisso initio, inc. *Dum Augustus Caesar ad Persarum olim bella procederet* (= *Act. SS.*, num. 2 sub in.).

27. (Fol. 110^v-114) Historia de inventione sanctae crucis edita a S. Hieronymo.

Inc. *Tempore Constantini imperatoris ab Helena regina matre ipsius pretiosum lignum crucis Christi Hierosolymis inventum est. Cuius inventionis historia cognitione omnium fidelium digna haec est.* Sequitur narratio Adonis *BHL.* 4168 *(Adrianus... belli usibus aptam).* Tum: *Haec autem omnia etiam Eusebius Caesariensis*

graeca historia describit, quae interpretatur his verbis. Subiuncta autem est narratio *BHL.* 7733, initio paulum interpolato *(Postquam Constantinus augustus imperator sacrosancto per beatum Silvestrum lotus est baptismate, cum sanctus ipse papa caelestia regna petisset, habuit imperator bellum Scitharum... usque in hodiernum diem)*, tum narratio *BHL.* 4164, verbis tamen aliquantum mutatis et omissa ultima sententia (Inc. *Perrexit autem Helena Hierosolymam et requirit locum ubi Domini fuerat patibulum fixum; invenitque eo loco templum Veneris*; cf. *BHL.* 4165 — Des. *ut pro se ac liberis suis Deum supplicaret* = Rufinus, ed. Ed. Schwartz, p. 971, l. 10). Inde, interposita una sententia *(Nec mirum quod tam ferventis fidei erat circa Deum et sanctos eius iste imperator, quippe quem Deus ante baptismum ad fidem suam per angelos suos vocaverat)*, exscriptum est vix non totum caput 9 libri IX Historiae ecclesiasticae Eusebii-Rufini (Inc. *Etenim cum idem imperator adhuc gentilis adversus Maxentium* — Des. *videbatur emittunt*; cf. ed. Schwartz, p. 827-p. 833, l. 17), tum ultima sententia cap. 10 *(Ita Constantinus Deo et hominibus... procurabat)*, addita demum hac sententia: *Sicque postea baptizatus plenam ecclesiis Christi libertatem et gloriam dedit, ad honorem Domini... Amen.* Vatic. 6933.

28. (Fol. 114-118v) Passio S. Isidori mart. Maii 4.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 244[5].

29. (Fol. 118v-120) Passio S. Iohannis evang. ante Portam Latinam. Maii 6.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 363[5].

30. (Fol. 120-121v) Passio SS. Gordiani et Epimachi = *BHL.* 3612. Maii 10.

31. (Fol. 121v-125) S. Christinae virg. et mart. Maii 10.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 237[25]. — Deest prologus.

32. (Fol. 125-128). Passio SS. Nerei et Achilei = *BHL.* 6058. Maii 12.

33. (Fol. 128-129) Passio S. Panchratii mart. = *BHL.* 6427. Maii 12.

34. (Fol. 129-130) Relatio S. Pastoris presb. in titulo S. Potentianae ad Timotheum presb. = *BHL.* 6991.

35. (Fol. 130) <Passio S. Praxedis virg.> = *BHL.* 6920.

Reliquis omissis, des. *Missa per Eusebium subdiaconum ecclesiae Romanae* (= *Act. SS.*, num. 6 extr.).

36. (Fol. 130-133v) Passio S. Eustasii mart. Christi. Maii 20.

Inc. *In diebus Traiani imperatoris, idolorum saevitia exhibente, erat magister militum, nomine Placidus* — Des. *Ubi, parum temporis quiescente persecutione, basilica fabricata est. Quorum*

Vatic. 6933. *festivitatem sacra devotione mense madio die XX celebramus, ut... adiuvari valeamus, per Christum... Amen.* Cf. supra, p. 146[70], et *Catal. Lat. Rom.*, p. 100[44].

37. (Fol. 133v-135) Passio SS. Partei et Partinopei et Paragorii et Restituti = cod. 6168[2].

38. (Fol. 135-136) Passio S. Iuliae virg. et mart. = *BHL.* 4516.

39. (Fol. 136-141) Passio S. Urbani pontificis = *BHL.* 8376.

Sequitur (fol. 141-141v) carmen de eodem (16 versus).

Inc. *Laudibus o cunctis nimium celebraris in ista,*
Urbane clara urbe beate papa (cod. *pape*)...

Des. *Poscimus indigni per vos a sorde piacli*
Vel careat quisque stigmatibus varie. Amen.

40. (Fol. 141v-144v) Vita SS. Iusti et Clementis = *BHL.* 4606.

41. (Fol. 144v-145) De obitu Petronillae et post Feliculae = *BHL.* 6061, 6062.

42. (Fol. 145-147v) Passio SS. Marcellini et Petri = *BHL.* 5231. Iun. 4.

43. (Fol. 147v-150) Passio SS. Primi et Feliciani = *BHL.* 6922. Iun. 8.

44. (Fol. 150-152v) Sermo in laude S. Barnabae apost. = cod. 1188[16]. Iun. 11.

45. (Fol. 152v-154v) Passio S. Barnabae apost. = cod. 1188[18].

Inc. *Ego Iohannes...*

46. (Fol. 154v-156v) Passio S. Basilidis = *BHL.* 1018. Iun. 10.

Praemissus est prologus Passionis *BHL.* 1020.

47. (Fol. 156v-158) Passio S. Viti mart. et Crescentianae = *BHL.* 8712.

Uno folio inter fol. 156 et 157 perdito, deest media pars Passionis inde ab *multa signa sanctus Vitus faciebat. Haec audiens Valerianus praefectus*] usque ad *et vestes multas. Vitus respondit: Aurum tuum...*

48. (Fol. 158) Passio SS. Marcelliani et Marci. Iun. 18.

Exscripta est dumtaxat una sententia (*Clarissimis viris... beatus Sebastianus solatium praebebat*; cf. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 265, num. 3) et additum : *Require in passione sancti Sebastiani.*

49. (Fol. 158-159) Passio ss. mm. Gervasii et Protasii = *BHL.* 3514. Iun. 19.

50. (Fol. 164-167) Passio SS. Iohannis et Pauli = *BHL.* 3237, 3238. Maii 26.

51. (Fol. 171-171v) <Vita et Passio S. Thomae ep. Cantuariensis>. VATIC. 6933.

Lectiones ad verbum excerptae ex *BHL.* 8180. — Foliis perditis, inc. mutila : *Cantuariensi ecclesiae redderetur* (= *P. L.*, col. 203 D med). *Instatque dies perem[o]torius ut sententia ulterius differri non posset* (ibid., col. 204 A) — Des. *esse frangenda* (ibid., col 207, l. 5). *Ad haec Christus, ne civitas foedaretur* (ibid., col. 205 C med)... *Unde et omni iure decuit ut natalis eius.... natalem sanctorum Innocentium sequeretur* (ibid., col. 205 D), *ad gloriam Domini.... Amen.*

52. (Fol. 171v-176v) Miracula S. Thomae archiep. et mart. = *BHL.* 8171, libri I prologus et c. I-VII.

53. (Fol. 176v-195v) Vita S. Silvestri urbis Romae pontificis et conf. = *BHL.* 7725-7732, 7735 (sola ultima sententia), 7736. Dec. 31.

54. (Fol. 197v-198v) Passio S. Concordii mart. = *BHL.* 1906. Ian. 1.

55. (Fol. 198v-204) Vita S. Basilii ep. = *BHL.* 1024.

Deest prologus. — Omissis in ipsa Vita plurimis atque ultima parte (*Bibl. Casin.*, p. 218-219) prorsus praetermissa, des. *glorificat Deum, qui potestatem habet talem ut interius remitteret omnia peccata* (cf. ibid., p. 218, col. 1, l. 29-30) *et daret gratiam servis suis ut post discessum eorum sanaret languorem et omnem infirmitatem remittendo omnium peccata qui in recta fide currunt certantes et glorificantes Deum... Amen.*

56. (Fol. 204-205v) Natalis S. Melciadis papae. Ian. 10.

Vita de qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 245[10].

57. (Fol. 205v-209) Vita S. Pauli primi heremitae edita a B. Hieronymo presb. = *BHL.* 6596.

58. (Fol. 209-213v) Vita beatissimi Ylarii ep. et conf. = *BHL.* 3885, 3887.

Deest prologus Miraculorum. — Duobus foliis perditis, des. mutila : *menbrorum fluentem fabricam verbo operante erexit et in statum*| (ed. KRUSCH, p. 8, l. 23)

59. (Fol. 214-216) <Passio S. Firmae virg.>

Passio S. Firminae. — Foliis perditis, inc. mutila : *ex senatoria dignitate descenderet, et quia esset filia Calphurnii praefecti urbis ; et cum ibidem praesentata fuisset, suscepit eam cum magno honore.* — Des. *Cuius corpus noctu venit quidam, Honorius nomine, et rapuit et sepelivit absconse in crypta iuxta mare in civitate quae vocatur Centumcellis sub die XIII kal. ianuarii in pace. Amen. Post dies XX exquisivit facultatem eius, quem ardor cupiditatis invasit. Audiens quaestionarius, nomine Ursianus, misit ad quendam presbyterum, nomine Valentinum, rogans*

ipsum ut baptizaret eum. Et dum percepisset baptismum, hoc audiens Megitius augustalis mitti eum in carcerem iussit; ubi mansit per aliquot dies. Post paucos dies eiecit eum de carcere et misit eum Ravennam et ibi eum capite truncari praecepit sub die idus ianuarii. In pace pausavit, glorificantes Patrem et Filium eius Iesum Christum una cum Spiritu sancto, cui est honor... Amen. Cf. *Catal. Lat. Rom.*, pp. 2[7], 427[43].

60. (Fol. 216-218^{v}) Vita S. Felicis in Pincis = *BHL.* 2874.

61. (Fol. 218^{v}-219) Passio S. Felicis presb. = *BHL.* 2880.

62. (Fol. 219-220) Obitus Felicis presb., fratris alterius Felicis = *BHL.* 2885.

63. (Fol. 220-223^{v}) Vita S. Mauri ab. = *BHL.* 5773.

Omissis epistula et prologo, exscripta sunt dumtaxat num. 8-19, 20 (sola prima sententia), 64-67. Folio perdito, des. mutila: *kalendarum februariarum die ante altare beati Marti*| (num. 67 post med.).

De fol. 224-225^{v} vid. infra, **71**.

64. (Fol. 225^{v}-226^{v}) Passio S. Luciae virg. et mart. = *BHL.* 4992. Dec. 13.

Foliis perditis, des. mutila: *Lucilla dixit: Ancilla Dei sum... sed Spiritus sanctus ipse loquitur. Paschasius dixit: In*| (= Surius, c. 5 med.).

65. (Fol. 227-229^{v}) <Passio S. Thomae apost.> = *BHL.* 8136.

Foliis perditis, inc. mutila: *utrosque dicens: Apostolus meus benedixit vos* (= ed. Bonnet, p. 137, l. 23) et des. mutila: *qui nati sunt ad mortem, renascantur ad vitam aeternam*| (= ibid., p. 148, l. 16, 17).

66. (Fol. 230-232^{v}) <Vita et miracula S. Nicolai>.

Foliis multis perditis, supersunt tria fragmenta haec: 1° (fol. 230-230^{v}) ex Vita *BHL.* 6105, c. 7-9 inde ab *conversi ad Dominum flagitabant* (ed. Falconius, p. 116, col. 2 med.) usque ad *solita est Dei misericordia, qui non propter*| (= ibid., p. 117, col. 2 sub fin.) — 2° (fol. 231-231^{v}) pars narrationis *BHL.* 6106, sed secundum aliam recensionem. Inc. *sit quam illos solutos a vinculis secum reduceret, repetens: Me, inquam, me pro istis innocenter condemnatis* — Des. *infudit talia: Domine Auguste, scelesti illi quos vestra pietas vivere*| — 3° (fol. 232-232^{v}) ultima pars miraculi *BHL.* 6167. Inc. *periculo mortis et tres innocentes a morte ereptos adduxisti ad salutem, sic, Domine, libera filium meum* — Des. *antequam me vocares de isto saeculo. Similiter et pater eius cum omnibus... laudem reddiderunt Deo creatori omnium, qui facit mirabilia magna solus, cui est honor... Amen.*

67. (Fol. 232^{v}-234) Passio S. Savini ep. et mart. = *BHL.* 7451. Dec. 8.

Omisso initio, inc. *Maximianus augustus iussit ut in capitolium urbis Romae omnes convenirent* — Des. *Cuius corpus... et sepelivit miliario plus minus secundo a civitate Spoletina. Martyrizatus est autem.... Amen.* Vatic. 6933.

68. (Fol. 234-239ᵛ et 243-243ᵛ) Vita S. Ambrosii ep. = *BHL.* 377.

Deest prologus. — Foliis perditis, des. mutila : *nec reum faciens eum qui ad se alliserit nequissimi uteri deterio*| (= *P. L.*, c. 41 sub fin.).

69. (Fol. 240-240ᵛ) <Vita S. Prosperi ep.> = *BHL.* 6962.

Foliis perditis, inc. mutila : *vitam duxerat ; cui superna, ut credimus, providentia* (= Affarosi, p. 35 med.) et des. mutila *nc autem oves... divini verbi inedia tabescerent, mox ipse iuxta*| (= ibid., p. 45 extr.).

70. (Fol. 241-241ᵛ) <Passio B. Iacobi intercisi> = *BHL.* 4100.

Foliis perditis, inc. mutila : *vestros, quoniam modica vobis in hoc mundo requies est* (= Mombritius, fol. 21ᵛ, col. 1 med.) et des. mutila ; *Et beatus Iacobus dixit : Quare tristis es, anima*| (= fol. 22, col. 2, l. 4 sq.).

71. (Fol. 242-242ᵛ, 224-225ᵛ) <Vita S. Syri ep. Ticinensis> = *BHL.* 7976.

Foliis perditis, inc. mutila : *ingressu cruoris. Quod ut audivit miles Christi Iventius...* (c. 6 sub fin.).

72. (Fol. 246-247) Vita et Passio beatissimi Eustachii = *BHL.* 2760.

Foliis perditis, inc. mutila : *speciosa valde facie, duos filios habebat* (= *Act. SS.*, num. 16 sub fin.).

73. (Fol. 247-249ᵛ) Passio S. Mathaei apost. et evang. = *BHL.* 5690.

Foliis perditis, des. mutila : *Nam si inimico tuo volenti aliquem percutere*| (= Mombritius, fol. 143, col. 1 extr.).

74. (Fol. 250-253ᵛ) < Miracula S. Nicolai ep. Myrensis>

Inc. mutila sub initio capitis de electione sancti ad episcopatum : *Nicolaus sanctissimus episcopus sublimatus eandem morum gravitatem...* (cf. *BHL.* 6126, c. 6 ; *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 204) ; quod cap. des. *statim sentirent levamen.* — Sequitur narratio de puellis ab incestu ereptis, quae inc. *Interea quidam familiaris eius inter reliqua dixit ei : Ecce, pater, monuisti nos famulos tuos ut diligenter...* (cf. *BHL.* 6126, c. 4) et des. *inreprehensibilem, Deo iuvante, vitam duxit.* — Tum veniunt narrationes *BHL.* 6147, 6134, 6140, 6126 cap. 16 (cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 207), 6141, 6142, 6126 cap. 19 et 20 (cf. ibid.), 6144, 6119, 6120 (solum initium usque ad : *reversus est in monasterium suum*), 6150, 6151, 6155, 6156, 6160, 6161.

Vatic. 6933. **75.** (Fol. 253^{v}-255^{v}) Passio S. Savini ep. et mart. = *BHL.* 7451.

76. (Fol. 255^{v}) Passio S. Luciae virg. et mart. = *BHL.* 4992.

Foliis perditis, des. mutila: *sed si tibi vis gratum esse Deum*| (= Surius, c. 3 med.).

CODEX 7004

Chartaceus, foliorum sign. I-III (quae ceteris paulo sunt maiora) et sign. 1-155 (0^{m},290 × 0,207), paginis bipartitis exaratus saec. XVII.

(Fol. 131-155^{v}) C[o]ronica B. Turpini archiep. = *BHL.* 1589-1594, 1596.

CODEX 7014

Membraneus, foliorum sign. 75 [fol. 51 bis] (0^{m},545 × 0,382), paginis bipartitis exaratus saec. XII in.

1. (Fol. 1-3^{v}, olim 33-35^{v}) <Passio S. Afrae> = *BHL.* 108, 109, 111.

Foliis perditis,narratio 108 inc. mutila: |*tricem est ingressus, Afram nomine, cum diacono suo Felice* — Des. 108 : *attinxit. Nunc vero ad fructum doctrinae eius in Afram prosequamur.* — Inc. 109 : *Cum apud provinciam Cretam, ut diximus, odiosa persecutio esset...*

2. (Fol. 3^{v}-10^{v}, olim 35^{v}-42^{v}) Vita S. Agnelli conf. = *BHL.* 150.

Foliis perditis, des. mutila in cap. 19 (Capasso) : *ut nisi acclinus et baculo sustentatus ambulare*|

3. (Fol. 11-12, olim 53-54) <Passio S. Gregorii> = *BHL.* 3677.

Foliis perditis, inc. mutila : *mundo. Audiens hoc Flaccus gavisus est gaudio magno...* (= Surius, c. 1 extr.).

4. (Fol. 12-19^{v}, olim 54-61^{v}) Vita SS. Grisogoni et Anastasiae = *BHL.* 1795, 118, 8093, 401. Nov. 24.

Foliis perditis, des. mutila : *Tunc Appollonia christiana matrona per matronam praefecti meruit corpus auferre. Quod*| (= *Bibl. Casin.*, p. 184, col. 2).

5. (Fol. 20, olim 127) <Vita S. Pauli Thebaei> = *BHL.* 6596.

Foliis perditis, superest sola pars ultima inde ab *qui patrimonia sua ignorant* (*Act. SS.*, num. 17 in.) — Des. ut indicatum est *Catal. Lat. Rom.*, p. 232^{19}. — Cf. infra, **9**.

6. (Fol. 20-20^{v}, olim 127-127^{v}) Natalis S. Felicis papae = *BHL.* 2857.

7. (Fol. 20^{v}, olim 127^{v}) Vita alterius Felicis = *BHL.* 2885.

Foliis perditis, des. mutila: *Probus una cum sancto Felice reversus est Nolam. Erat*| (= *Act. SS.*, num. 4 in.). Vatic. 7014.

8. (Fol. 21-33, olim 112-124) Vita S. Basilii ep. = *BHL.* 1024.

Foliis perditis, inc. mutila sub initio prologi: *expulit, veluti stomachus languens vitale<s> fastidit dapes* — Des. ut indicatum est *Catal. Lat. Rom.*, p. 38 (cod. B. 50[5]).

9. (Fol. 33-33v, olim 124-124v) Vita S. Pauli heremitae = *BHL.* 6596. Ian. 10.

Foliis perditis, des. mutila: *Quod ubi prudentissimus adolescens intellexit, ad montium deserta confugiens* (=*Act. SS.*, num. 6 med.).

10. (Fol. 34, olim 140) <Vita S. Mauri ab.> = *BHL.* 5773.

Foliis perditis, superest sola pars ultima inde ab |*so loco migraverunt caelestem ascendisse ad patriam nulli sit dubium*... (= *Act. SS.*, num. 67 sub in.).

11. (Fol. 34-40, olim 140-146) Vita S. Hilarii ep. = *BHL.* 3885, 3887.

Deest prologus libelli 3887.

12. (Fol. 40-42v, olim 146-148v) Passio S. Marcelli papae = *BHL.* 5234.

Foliis perditis, des. mutila: *ut in eadem ecclesia plancae externerentur ad a*| (= *Act. SS.*, num. 22 med.).

13. (Fol. 43-43v, olim 206-206v) <Vita S. Paulae viduae Romanae> = *BHL.* 6548.

Foliis perditis, superest sola pars ultima inde ab *ut audivit sponsum vocantem: Surge, veni*... (= *Act. SS.*, num. 45 extr.).

14. (Fol. 43v-47v, olim 206v-210v) Vita beatissimi Iohannis Grisostomi = *BHL.* 4375.

15. (Fol. 47v, olim 210v) Acta vel gesta beatissimi et gloriosissimi Marci evangelistae, quomodo translatum est corpus eius de Alexandria in Vinetia = *BHL.* 5283.

Inc. *Post passionem beatissimi Marci evangelistae, transactis autem multorum annorum curriculis* — Foliis perditis, des. mutila: *diversarumque rerum immensas divitias acquisisset, maxi*| (= *MG.*, Scr. t. VII, p. 4, l. 41).

16. (Fol. 48, olim 218) <Vita S. Geminiani> = *BHL.* 3300.

Foliis perditis, inc. mutila: |*gnifica potenti victoria, Domino permittente, omne Latium obtinuere*... (= Bortolotti, p. 103, l. 18).

17. (Fol. 48-52v, olim 218-223v) Vita beatissimi Severi archipraesulis Ravennae = *BHL.* 7683. Febr. 1.

18. (Fol. 52v-54v, olim 223v-225v) Vita SS. Eugenii et Vindemialis episcoporum = *BHL.* 2680, 2681. Febr. 1.

VATIC. 7014. Des. ut indicatum est *Catal. Lat. Rom.*, p. 57[25].

19. (Fol. 54ᵛ, olim 225ᵛ) Prologus in actis B. Blasii ep. = *BHL.* 1379.

Immo ipsa Acta. — Inc. *Cum Romani imperii...* — Foliis perditis, des. mutila : *examinationem. Hic namque, ut fertur*| (= *Act. SS.*, num. 3 med.).

20. (Fol. 55, olim 281) <Passio S. Vitalis mart. Ravennatis> = *BHL.* 8700.

Foliis perditis, inc. mutila : *quousque perveniatis ad aquam, et ibi eum supinum ponite...* (= MOMBRITIUS, fol. 348, col. 2 med.).

21. (Fol. 55-57ᵛ, olim 281-283ᵛ) Passio S. Turpis mart. = *BHL.* 8307.

22. (Fol. 57ᵛ-58, olim 283ᵛ-284) Passio S. Philippi apost. = *BHL.* 6813, 6814.

23. (Fol. 58-59, olim 284-285) Passio S. Iacobi apost. = *BHL.* 4088,4096.

Des. *certatim cuperent attingere populi, a quacumque fuissent detenti infirmitate. Hic est qui astitit veritatis testis... Amen.* Cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 84[51]

24. (Fol. 59-60ᵛ, olim 285-286ᵛ) Passio S. Sigismundi mart. = *BHL.* 7717.

25. (Fol. 60ᵛ-61, olim 286ᵛ-287) Vita S. Athanasii ep. et conf. (Maii 1.)

Epitome de qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 235[62].

26. (Fol. 61-64ᵛ, olim 287-290ᵛ) Passio SS. Alexandri, Eventii et Theoduli = *BHL.* 266.

Foliis perditis, des. in paenultimis verbis : *Sanctorum autem ipsorum natalis est quinto nonas maias* |

27. (Fol. 65-66ᵛ, olim 294-295ᵛ) <Passio S. Senesii mart.>

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 60[58]. — Foliis perditis, inc. mutila : |*tibus praestare suis meritis possunt, tunc principaliter dum quisque adversario militaret...*

28. (Fol. 66ᵛ-67ᵛ, olim 295ᵛ-296ᵛ) Natalis S. Iohannis apost. ante Portam Latinam = *BHL.* 4321.

Deest prologus. — Reliquis omissis, des. *occurrit autem illi omnis populus... Benedictus qui venit in nomine Domini* (= *Bibl. Casin.*, p. 68, col. 1 extr.).

29. (Fol. 67ᵛ-68ᵛ, olim 296ᵛ-297ᵛ) Passio S. Victoris mart. = *BHL.* 8580

Foliis perditis, des. mutila : *qui mihi dedit animam et spiritum. Tunc Maximianus*| (= *Act. SS.*, num. 5 med.).

30. (Fol. 69-69^{v}, olim 302-302^{v}) <Passio S. Christinae virg.> VATIC. 7014.

Recensio de qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 237[25]. — Foliis perditis, inc. mutila : *tribus pueris ad auxiliandum affuerat. Milites autem audientes illum laudantem Deum*...

31. (Fol. 69^{v}-74^{v}, olim 302^{v}-307^{v}) Passio SS. Nerei et Achillei = *BHL*. 6058-6066. Maii 12.

Insunt ante singulas partes lemmata.

32. (Fol. 74^{v}-75^{v}, olim 307^{v}-308^{v}) Passio S. Pancratii mart. Maii 12.

Recensio de qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 235[70].

33. (Fol. 75^{v}, olim 308^{v}) Vita S. Theodori conf. = *BHL*. 8087.

Foliis perditis, des. mutila : *quatinus pro accepto talento lucrum*| (= *Act. SS.*, num. 1 post med.).

CODEX 7083

Membraneus, foliorum 34 [sign. olim 1-9, 16-24, 33-40, 49-56] (0^{m},288 × 0,189), paginis bipartitis exaratus saec. XII.

(Fol. 6^{v}-9^{v}) Epictatium ad Heliodorum ep. de dormitione supra dicti Nepotiani = *BHL*. 6057.

Sex foliis perditis, des.mutila : *flesse dicitur quod post C annos nullus* (= *P. L.*, c. 18 sub init.).

CODEX 7153

Chartaceus, foliorum 285 non eiusdem formae (max. 0^{m},328×0,222), exaratus variis manibus saec. XVII.

1. (Fol. 192-192^{v}) Littera de vita et miraculis B. Bernardi ep. Vicensis.

Act. SS., Oct. t. XII, p. 79-80.

2. (Fol. 192^{v}-203) Miracula B. Bernardi... = *BHL*. 1206.

3. (Fol. 204) <Litterae Garciae ep. Vicensis>.

Act. SS., t. c., p. 84.

Sunt haec (**1-3**) exscripta anno 1602 ex codice pergameno capituli Vicensis et a notario publico recognita.

CODEX 7311

Membraneus, foliorum A [chartac.], B, sign. 1-93, C [chartac.] (circ. 0^{m},326 × 0,243), paginis bipartitis exaratus saec. XI. Margo superior foliorum umore corruptus ac propterea rescissus est.

Fol. 93^{v} manu saec. XV : *Iste liber est mei Cardinalis Firmani manu propria.*

VATIC. 7311. (Fol. 1-93^{v}) Vita B. Gregorii Romani pontificis = *BHL*. 3642, 3641.

CODEX 7339

Membraneus, foliorum 218 (0^{m},144 × 0,110), exaratus variis manibus saec. XVI in.

1. (Fol. 1-63^{v}) Vita beati patris nostri Francisci, edita a seraphico doctore S. Bonaventura ordinis Minorum, ep. et cardinale sanctae Romanae Ecclesiae = *BHL*. 3107.

2. (Fol. 63^{v}-91) Haec sunt quaedam scripta per tres socios B. Francisci de vita et conversatione ipsius in habitu saeculari, de mirabili et perfecta conversione eius et de perfectione originis et fundamenti ordinis in ipso et in primis fratribus = *BHL*. 3115.

CODEX 7398

Chartaceus, foliorum sign. 340 formae non omnino eiusdem (max. 0^{m},275 × 0,205), exaratus variis manibus saec. XVII et XVIII.

(Fol. 169-170^{v}, saec. XVII) Vita et textus epistolarum Adriani I papae antiquae Romae = *BHL*. 3738.

Quam plurima sunt a librario praetermissa.

CODEX 7570

Membraneus, foliorum A et sign. 131 (0^{m},231 × 0,157), exaratus saec. XV in.

1. (Fol. 1-114^{v}) Vita B. Francisci = *BHL*. 3107.

2. (Fol. 114^{v}-131^{v}) Quaedam de miraculis ipsius post mortem ostensis = *BHL*. 3109.

Foliis perditis, des. mutila: *Aderat autem nauta quidam, perfectus*| (= *Act. SS.*, num. 261 in.).

CODEX 7592

Membraneus, foliorum A et sign. 407 (0^{m},307 × 0,208), paginis bipartitis exaratus saec. XIV. Folia 265-405, 405-405^{v}, 405^{v}-407^{v} tribus aliis manibus paulo recentioribus sunt exarata.

1. (Fol. 1-126^{v}) Vita sanctorum.

Est haec *Legenda aurea* quindecim circiter capitibus omissis (sed cf. infra **20**, **22**, **39**), quibusdam loco mutatis. Inserta sunt insuper quaedam capita nova (infra **2-9**).

2. (Fol. 57^{v}-58^{v}) De S. Eulalia Barchinone = *BHL*. 2693.

3. (Fol. 58^{v}-59^{v}) De translatione B. Eulaliae = *BHL*. 2697.

4. (Fol. 124-124^v) De S. Martiale = *BHL.* 5555. VATIC. 7592.

Inc. *Sanctus Martialis consanguineus sancti Stephani...*

5. (Fol. 146^v) De S. Felice mart.

Ex ADONE ad 1 aug. — Inc. *Beatus Felix de civitate* <*S*>*cillitana, id est de Sale, oriundus, cum persecutiones* — Des. *et tamdiu vulnera vulneribus instaurari usque dum invictum Christo redderet spiritum.*

6. (Fol. 198^v-199^v) De S. Thecla.

Inc. *Cum beatus Paulus apostolus de Antiochia Yconium venit per mare, adduxit secum duos socios* — Des. *Cumque ibi multos praedicando convertisset, tandem (tam̄* cod.) *in pace ad Dominum ambulavit.* Cf. VINC. BELLOV., *Spec. hist.*, x, 47, 48.

7. (Fol. 199^v-200^v) De S. Cucuphate.

Inc. *Beatus Cucuphas cum beato Felice ab Scillitana civitate oriundi erant ac in eadem litteris sufficienter imbuti. Contigit eis Barchinonensem contingere civitatem* — Des. *Christiani vero rapuerunt... In quo loco petentibus auxilium Dominus largitur effectum.* Cf. *BHL.* 1997-1999.

8. (Fol. 200^v-201) De S. Columba.

Inc. *Cum* (cod. *Sum) Aurelianus imperator Senon(as) advenisset, de beata Columba, quod christiana esset, audivit* — Des. *et statim eam truculentus carnifex decollavit.* Cf. *BHL.* 1892 sqq.

9. (Fol. 230-231^v) De ycona Domini.

Miraculi facti in imagine Berytensi recensio de qua *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 182[15] ; quaedam omissa sunt, v. g. ipsum initium narrationis *(Quaedam civitas...)* ; adsunt tamen praeambulum et prologus. — Des. *qui hoc non solum ad correptionem infidelium ordinavit, qui vivit... Amen.*

10. (Fol. 265-265^v) De S. Barbara.

Inc. *Temporibus Maximiani imperatoris erat quidam satrapa in Nicomedia* (cod. *uico media) civitate, Dioschorus nomine* — Des. *Valencianus quidam religiosus... posuit eam in monumento ; ubi multa beneficia, praestante Domino, largiuntur.* Cf. *BHL.* 913.

11. (Fol. 265^v-267) De conceptione B. Virginis Mariae.

Pia adhortatio, in qua inest narratio *Mir. BVM.* 1700. — Inc. prol. *Sciendum est, fratres karissimi, quomodo vel quo tempore vel a quibus personis* — Inc. ut *Mir. BVM.* 1700. — Des. *nisi in quantum habet et habuit passio Christi locum.*

12. (Fol. 267-267^v) De S. Leocadia virg.

Inc. *Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum Dacianus praefectus Yspaniam est aggressus ibique Felicem, Cucufa-*

Vatic. 7592. *tem, Eulaliam* — Des. *suum Domino commendavit spiritum, cui est honor... Amen.* Cf. *BHL.* 4848.

13. (Fol. 267v-268v) De S. Eulalia Emeretensi virg.

Inc. *Beata Eulalia incola provinciae Luritaniae, cum esset circiter tresdecim annorum, mente et corpore casta* — Des. *Porro ad sepulcrum eius quam plurimi daemoniaci sunt liberati et multi infirmi a diversis infirmitatibus sanati, praestante Domino... Amen.*

14. (Fol. 268v-269v) De S. Paulo Narbonensi = *BHL.* 6589.

Paucis quibusdam omissis.

15. (Fol. 269v-270) De exspectatione partus B. V. Mariae = *Mir. BVM.* 590.

16. (Fol. 270-308) De S. Honorato Areletensi archiep. = *BHL.* 3976.

17. (Fol. 308-309) De S. Valerio ep. et conf.

Vid. appendicem VII.

18. (Fol. 309-310) De S. Thoma de ordine Praedicatorum.

Inc. *Beatus Thomas de Aquino, ordinis Fratrum Praedicatorum doctor egregius, de illustri prosapia comitum Aquinorum* — Des. *sed virginitatis aureola me praecellit, et ego ipsum in pontificalis ordinis dignitate.*

19. (Fol. 310-312v) De consecratione S. Thomae praedicti.

Bulla canonizationis, de qua ad cod. 3847[3].

20. (Fol. 312v-315v) De S. Benedicto ab. = *BHL.* 1113.

Deest nominis interpretatio, quae sola exscripta est supra (fol. 68). Subiuncta est (fol. 315v) brevis narratio de translatione S. Benedicti in monasterium Floriacense (Inc. *Tempore Deodati papae translatum est corpus* — Des. *et hoc cognito, ibidem remansit).*

21. (Fol. 320-321v) De Pilato praeside.

Inc. *Fuit quidam rex, nomine Cirus, qui quandam puellam, nomine Pila, filiam cuiusdam molendinarii, nomine Atus* — Des. *propria se manu peremit.* Inest narratio de cura sanitatis Tiberii (cf. *BHL.* 4218).

22. (Fol. 321v-322) De S. Secundo.

Legendae aureae c. 55, quod supra erat omissum.

23. (Fol. 322-323) De S. Engracia et sociis eius martyribus.

Inc. *Cum sagrilegus Dacianus in multis urbibus sacrosanctas hostias de martyrum sanguine Domino dedicasset* — Des. *qui inter duos latrones pro nostra salute noscitur crucifixus, qui vivit... Amen.* Cf. *BHL.* 1503 sqq.

24. (Fol. 323-323v) De S. Mariano.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xxi, 18,19.

25. (Fol. 323v-325) De quadam virgine Anthiochiae = *BHL.* 9030. VATIC. 7592.

26. (Fol. 325-326) De corona Domini.

Epitome ipsius narrationis *BHL.* 4204. — Inc. prol. *Non miretur orthodoxorum quispiam* — Inc. *Imperio Constantinopolitano per potentiam Vasthachii et Auxencii tyrannorum Graeciae plurimum oppresso* — Des. *et praedicetur vocibus et operibus exaltetur.*

27. (Fol. 331v-332) De festivitate SS. Mariae Iacobi et Salome.

Inc. prol. *Humanae fragilitatis sensus mole depressus* — Inc. *In fronte siquidem qua Rodanus fluvius exit* (cod. *erit*) *in mare Sticados sunt insulae, quae vulgus Camarchias nominat, quasi caras marchias* — Des. *Unde Iohannes dedit intelligi hunc Iacobum esse fratrem Domini, id est eius consanguineum.*

28. (Fol. 332v-335v) De S. Antonio confessore ordinis Fratrum Minorum.

Inc. *Est namque, ut ferunt, in regno* etc. ut *BHL.* 587. — Des. *et admiratione universi populi et stupore*; quibus verbis terminatur mira narratio : cum haereticus quidam miracula S. Antonii irrideret, alterum ex eius oculis e sede sua prosiluisse atque in orbem equi eius, qui luscus esset, decidisse ; hominem porro a S. Antonio esse sanatum.

29. (Fol. 335v-337) De S. Anna.

Prima capita libri *BHL.* 5341. — Inc. *Erat vir in Hierusalem* — Des. *Cotidie extra... ipsa tantum reficiebatur* (= TISCHENDORF, *Evangelia apocrypha,* cap. 6 sub fin.).

30. (Fol. 337-338v) De S. Maria ad (*cod.* da) nives = *BHL.* 5403.

31. (Fol. 341-344) De S. Clara virg.

Epitome Vitae *BHL.* 1815. — Inc. *Admirabilis femina...* — Des. *puellam in terra statim molliter posuit et quasi latro deprehensus festine discessit* (= *Act. SS.*, num. 69 extr.). Sequuntur haec mirum in modum desinentia : *Expliciunt aliqua de vita sanctae vel beatae Clarae ad laudem ipsius extracta necnon et ad nostram utilitatem Dei gratia concedente, d' regina matre ex partibus Theutoniae oriund'.*

32. (Fol. 344-345) De S. Lodovico ep. et conf. de ordine Minorum.

Inc. *Almus Christi confessor Lodovicus, ex illustrissima prosapia oriundus, patrem habuit Karolum regem Siculorum, matrem vero Mariam* (cod *Manā*) *filiam regis Ungarorum. Qui licet more regio fuerit in aula regia deliciis regalibus educatus* — Des. *residuum pro Christi pauperibus reservaret.*

33. (Fol. 345-349) De S. Antonino mart. = *BHL.* 572, 573.

In narratione *BHL.* 573, inter verba *manibus angelorum sancto-*

rum et *Nec enim praetereundum* (= LABBE, p. 688 ante med.) inserta est sat longa quaedam adhortatio, quae inc. *Natalis dies hodierna celebritate apud christianorum reverentiam sancto ac gloriosissimo Christi martyr<i> Antonino agitur, fratres carissimi, in qua...* et des. *solemnitatem dicavit ex se per reliquum aevum.* Praeterea post ultima verba continuo exscripta sunt integra et sola capita 7 et 8 Passionis *BHL.* 574.

34. (Fol. 349-351) De translatione corporis.

Constat duabus partibus. Altera (fol. 350-351) est ipsum miraculum ed. in *Catal. Lat. Rom.*, p. 464-66. — In priore autem narratur translatio sancti corporis Fredelaum (cf. *BHL.* 576), non nominato tamen Fredelao; ceteroqui nominantur dumtaxat Sulpicius *ipsius loci* abbas, Raymundus episcopus Tolosensis et Rogerius comes Carcasonensis, non vero ceteri qui in narratione *BHL.* 576 comparent. Subiuncta est narratio de puero qui tempore translationis, cum flumen transiret corpus sanctum, confractis membris exspiravit et mirabiliter vitae est restitutus. Inc. pars haec prior : *Cum sanctorum gesta recolendo dies insignimus...* et des. *ubi usque in hodiernum diem digna petentibus, opitulante merito martyris, innumera praestantur beneficia, auxiliante Domino... Amen.*

35. (Fol. 351-389^{v}) De S. Francisco confessore = *BHL.* 3107, 3109.

Deest prologus.

36. (Fol. 389^{v}-391^{v}) De S. Narcisso ep.

Omisso prologo, exscriptus est vix non totus sermo in natali S. Narcissi episcopi Gerundensis (*BHL.* 6032) usque ad : *in caelestibus regnis exultat cum illo, qui cum Patre et Spiritu sancto etc.* (cf. *P. L.*, col. 598 A) ; cui continuo subiuncta est narratio Adonis de S. Narcisso episcopo Hierosolymitano (*BHL.* 6035), quae, omisso initio, inc. *Accidit...* Fol. 391^{v} annotavit manus saec. XV/XVI : *Vid. infra in fine.* Videsis infra, **40**.

37. (Fol. 391^{v}-392^{v}) De S. Affra = *BHL.* 109.

Initio paulum mutato et ultimis verbis rescissis, inc. *Sub Diocleciano augusto, iudice Gaio, cum christianis inesset gloriosa persecutio et omnes pro Christi nomine variis suppliciis afflicti ad sacrificia traherentur, contigit Affram hanc, quam diximus notam haberi a republica eo quod...* et des. *Dominus autem suscepit martyres suos in pace, cui est honor... Amen.*

38. (Fol. 392^{v}-403^{v}) De S. Elisabete virgine = *BHL.* 2493.

Omisso praeambulo, inc. a prologo (*Ad decus...*) — Reliquis omissis, des. abrupte : *Quidam enim clari sanguinis*| (MENCKENIUS, col. 2034, l. 10).

39. (Fol. 403^{v}-404^{v}) De S. Macario.

Legenda aurea, c. 18.

40. (Fol. 404ᵛ-405) Hoc deficit de vita sancti Narcissi. Require retro sub tali signo + a cccxcij gᵃ. VATIC. 7592.

Inc. *Corpus eius Gerunde in monumento, quod ipse sibi praeparaverat, custoditum est. Nonas augusti.* Et continuo in eodem versu subiunxit ineptus librarius partem Passionis Felicis martyris Gerundensis *BHL.* 2864 inde ab *Sistitur igitur* (= *Act. SS.*, num. 4 sub fin.) usque ad : *et non est inventa in me iniquitas, ut non locatur os meum opera hominum* (cf. num. 6 med.), tum totus num. 11 eiusdem.

41. (Fol. 405-405ᵛ) Comença la vita de monsenyer sent Yvo confessor.

Inc. *Ací comença la vida els miracles dè sent Yvo, prevera e confesor dela nacion de Brataya e avocat de pobres, servidor e amich de Nostro Senyor, per merits delequal* — Des. *e li foren mostrats per Nostro Senyor molts senyals.*

CODEX 7600

Membraneus, foliorum A (nunc sign. 1) et sign. 2-440 (0^m,344 × 0,237), paginis bipartitis exaratus saec. XV in. Fol. 440ᵛ manu prima : *Amen. Middelburch. P.*

Inest (fol. 2-437) opus Bartholomaei de Pisis de conformitate vitae S. Francisci ad vitam Domini Iesu Christi (*BHL.* 3134).

Periit initium operis cum folio olim sign. 1, quod ob litteras pictas furatus est aliquis.

CODEX 7604

Chartaceus, foliorum 245 (0^m,308 × 0,217), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

Fol. 1-2 descriptus est index libellorum.

1. (Fol. 204ᵛ-205) Item ad Marcellam de exitu Leae et cuiuslibet boni hominis = *BHL.* 4809.

Inc. *Sanctissimus ac beatissimus Petrus adveniens ex orientalibus partibus Romam invenit Symonem adeo imperatoris ac populi veneratione elatum ut deus decretus et simulachri quasi deus honore donatus haberetur. Quod simulachrum in flumine Tyberis inter duos pontes collocatum erat habens titulum latinis litteris scriptum :" Symoni summo Deo...* „ (cf. EUSEBIUS-RUFINUS, l. II, c. 13 ; Passio *BHL.* 6668).

14. (Fol. 190v-191v) Passio SS. Marii, Marthae, Audifax et Abbacuc (*BHL.* 5543).

15. (Fol. 191v-193v) Passio S Sebastiani mart. (*BHL.* 7543).

16 (Fol. 193v-195) Passio S. Agnetis virg. et mart. (*BHL.* 156).

17. (Fol. 195-197) Passio S. Vincentii mart. (*BHL.* 8628-8630).

18. (Fol. 197-198) Passio S. Emerentianae virg. et mart. (*BHL.* 156).

19. (Fol. 198-199) Passio S. Tymothei apost. (*BHL.* 8294).

20. (Fol. 200v-201) Passio S. Polycarpi ep. et mart. (*BHL.* 6874).

21. (Fol. 201v-202v) In octava S. Agnetis (*BHL.* 158).

22. (Fol. 202v-203) Vita S. Valerii ep. (*BHL.* 2655).

23. (Fol. 204-204v) Vita S. Brigidae virg. (*BHL.* 1457).

24. (Fol. 204v-206v) Historia de S. Sygiberto rege et conf. = *BHL.* 7712.

Exscripta est ultima pars inde a num. 11 *(Act. SS.)* — Des. *construxerat ; quae sita est ad radices montis qui pluribus urbi imminet adversasque spectat desuper partes.*

25. (Fol. 207-208v) Feria IIa = *BHL.* 7713, num. 8 ; *BHL.* 7714, num. 6 ; *BHL.* 7713, num. 9, 10.

26. (Fol. 208v-211) In octava = *BHL.* 7713, num. 2-6.

27. (Fol. 214v-215v) Passio S. Blasii ep. et mart. (*BHL.* 1370).

28. (Fol. 215v-216v) Passio S. Agathae virg. et mart. (*BHL.* 135).

29. (Fol. 217-217v) Vita ss. conf. Vedasti et Amandi (*BHL.* 8501).

Nihil de S. Amando.

30. (Fol. 217v-218v) Vita S. Scolasticae virg. (*BHL.* 7514).

31. (Fol. 218v-219) Passio S. Valentini (*BHL.* 8460).

32. (Fol. 219v-220) Passio S. Iulianae virg. et mart. (*BHL.* 4522).

33. (Fol. 220-221) Cathedra S. Petri.

Inc. *Audiens Anthyocensium populus Petrum adventare, laetati sunt et occurrerunt ei maiores natu conspersis capitibus pulvere, paenitentiam agentes quod contra praedicationem eius quiddam per magum Symonem suscepissent* — Des. *Cuius (Iacobi) consilio Romam adiit, quatinus caput orbis et occidentalium partium populos a Symonis magi prestigiis et errore diabolico liberaret.*

34. (Fol. 221-222) Mathiae apost.

Ex laudatione *Cum praeclara...*, de qua *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 432, num. 5; R. A. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. III, p. 263; alibi.

35. (Fol. 222v-223v) Vita S. Albini (*BHL.* 234).

36. (Fol. 223v-224) Passio ss. mm. Perpetuae et Felicitatis (*BHL.* 6634).

37. (Fol. 224-225) Vita S. Gregorii papae (*BHL.* 3641).

38. (Fol. 225-226) Vita S. Heriberti Coloniensis archiep. (*BHL.* 3827).

39. (Fol. 226v-227) Vita S. Gertrudis virg.

Inc. *Vitam et conversationem sacratissimae Gertrudis diversitas quadrifidi clamet orbis. Cogit tamen eius pietatis magnitudo scriptoris commendare officio; siquidem si quomodo possit describi quod nec mundus ipse sufficiat profari. Denique ab ipsis pueritiae suae cunabulis nitebatur floribus adornari virtutum, quod et ita perduxit ad effectum. Vigebat enim iustitiae zelo, sanctimoniae privilegio...*

40. (Fol. 227-229v) Vita S. Benedicti ab. (*BHL.* 1102).

41. (Fol. 232v-233v) Vita S. Ambrosii ep. (*BHL.* 377).

42. (Fol. 233v-234) Passio SS. Tiburtii et Valeriani (*BHL.* 8483).

43. (Fol. 259v-260v) In conceptione B. Mariae Virginis = *Mir. BVM.* 90 + 209 + 1698.

Foliis perditis, superest sola pars prior.

CODEX 9522

Chartaceus, foliorum sign. 74 [1 et 74 bis], olim vero sign. 252-327 (0m,256 × 0,187), exaratus partim anno 1500 (fol 1-39; cf. fol. 39), partim anno 1499 *in Orto gloriose virginis Marie, alias Kyrssgarten, iuxta Wormaciam extra muros* (fol. 41-67, fol. 67) et reliqua (fol. 67-74v) paulo post.

(Fol. 67-74v) <Vita S. Udalrici ep. Augustani> = *BHL.* 8362.

Deest epilogus.

CODEX 9668

Membraneus, foliorum sign. 166 [fol. 1, 6, 36 bis] (circ. 0m,260 × 0,175), exara-

VATIC. 9668. tus saec. XII. Umore corruptus est codex, ut multis locis margines perierint et quaedam vix ac ne vix quidem legi possint.

Erat olim,ut perspexit vir cl. H.M. Bannister, abbatiae Sancti Salvatoris Rotonensis (Redon); postea fuit cardinalis Angeli Mai.

Fol. 1 descriptus est saec. XIV index Vitarum. Alius index saec. XII iam descriptus erat fol. 10, quo tempore folia 1-10 ultima codicis erant.

1. (Fol. 1 bis-4) <Vita S. Marcellini papae>.

Foliis perditis, inc.mutila : *attendimus, nec contra deos fore credimus...*

Est haec Vita cuius exemplar integrum repperimus in codice Abrincensi 167, fol. 133^{v}-136^{v}; ex quo initium prologi et initium Vitae hic ascribimus, collatum cum exemplari de quo infra, **2.**

Inc. prol. *Inclitorum martyrum laudes cum a fidelibus pro gestorum reverentia recoluntur, Christus potissimum collaudatur* — Inc. *Hic igitur Marcellinus, natione Romanus, ex nobilissima senatorum ortus prosapia, patre Praeiecto editus, scientia eruditus, sanctitate praepollens, sub beato Gaio Romanae sedis antistite ita in singulis ordinibus ministravit ut ad altiora conscendere videretur semper idoneus* — Des. *Ab eodem die vacavit episcopatus annos septem, menses sex, dies viginti quinque, persequente Diocletiano christianos.* — Inc. epilogus : *Ecce audivimus, fratres, humilis peccatoris paenitentiam fructuosam* — Des. *Ecce nunc beatus Marcellinus et lacrimis multis et unda sanguinis abluit maculam quam contraxit. Confiteantur ergo Domino misericordiae eius et laudet eum omnis ecclesia sanctorum, quoniam gloriose egit cum servo suo Marcellino et gloria et honore coronavit eum ; qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.*

In libello componendo praecipue usus est scriptor *Libro pontificali* et actis apocryphis concilii Sinuessani (MANSI, *Concilia*, t. I, p. 1249-1257), quae pluribus verbis explicat. Ceterum neque historiam neque fabulam profert quae aliunde non sit notissima.

Sequitur officium eiusdem S. Marcellini, in quo, intermixtis responsoriis, quae neumatibus sunt ornata, legitur divisa in lectiones duodecim :

2. (Fol. 5-6 bis^{v}) <Vita S. Marcellini papae>.

Inc. prologus et Vita ut in codice Abrincensi (cf. **1**). — Des. Vita ut supra **1.** — Verum resecta est pars media Vitae, qua lapsus, qui fingitur, Marcellini narratus erat (ea, inquam, quae leguntur supra a pag. 3, l. 11, ad pag. 8, l. 9).

3. (Fol. 7-8^{v}) Translatio corporis S. Clementis mart. = *BHL.* 2073.

4. (Fol. 8^{v}-10) Translatio de Roma in insula Piscariae.

Vid. appendicem VIII.

5. (Fol. 11-23) <Miracula B. Mariae Virginis> = *BHL.* 5357, prol. et c. 1-17 ; *Mir. BVM.* 1649+1727, *a, b, c.* VATIC. 9668.

a) DE PUERO HEBRAEO. Inc. *Quidam vitrarius apella iudaeus parvulum natum associarat christianis puerulis...* Narratio eadem atque *Mir. BVM.* 95.

b) DE ROGERIO, CUI IN OBITU SANCTA MARIA VISIBILITER APPARUIT. Inc. *Ad laudem et gloriam beatae et gloriosae semperque Virginis Mariae praesentium et posterorum scripto tradere decrevimus quoddam de matris misericordiae miraculis et operibus dulcissimis. Erat itaque vir, nomine Rogerus, qui, sicut in mundo legitime et religiose vixerat...* Cum egregie B. Mariae devotus fuisset atque in lecto aegrotaret, apparuit ipsi B. Virgo et, mamilla sua ori illius admota, eum sanavit. Cf. *Mir. BVM.* 72, 184.

c) QUALITER DEI GENITRIX CONCEPTIONIS DIEM SUAE FIERI SOLLEMNEM INSTITUIT. Inc. prol. *Nullus sapientum, karissimi, ignorat in honore matris filium, qui ex ipsa natus est, honorificari* — Inc. *Tempore quo Guillelmus dux Normannorum potentissimus, prostrato Haraldo Anglorum rege...* Eadem narratio atque *Mir. BVM.* 260 ; cf. *Mir. BVM.* 1702.

6. (Fol. 24^{v}-28^{v}) <Miracula B. Mariae Virginis>.

1^{m} (Fol. 24^{v}-27) DE EO CUI MATER MISERICORDIAE AUGMENTUM VITAE CUM EMENDATIONE ET PROVECTIONE CONTULIT. Inc. prol. <....... *celi* ? > *videlicet reginae Dei genitricis Mariae* — Inc. *Fuit in Abrincatino pago quidam habitu religionis praeditus, sed mente ac opere irreligiosissimus...* Monachus ille lubricus, apparentibus sibi quibusdam fratribus nuper defunctis atque ipsa B. Virgine, ad meliorem frugem demum adducitur.

2^{m} (Fol. 27-28) DE MONACHO A QUO DEI GENITRIX STIMULUM CARNIS EXPULIT. Inc. prol. *Beatissimam Dei genitricem Mariam, meritis praecipuam, potiorem post Filium in caeli curia dignitatis obtinere locum religioni patet fidelium* — Inc. *Fuit in insula quae antiquitus Brittannia, modernis autem diebus...Anglia nuncupatur, in civitate Lundonia clericus quidam, The(t)garus nomine, canonicus ecclesiae Sancti Pauli, quae est mater ecclesiarum eiusdem urbis, quem fornicationis daemon vehementissime urgebat et expugnabat...* Ut his tentationibus resistat, vitam monasticam amplectitur ; demum, apparente illi B. Virgine et cultrum ardentem per illius renes trahente, a molestia illa liberatur.

3^{m} (Fol. 28-28^{v}) DE CONTRACTO PER B. MARIAM ERECTO. Inc. prol. *Ad Dei laudem miracula enarrare quae ad sanctorum memorias ipsius Creatoris clementia operari dignatur, non solum utile* — Inc. *Fuit in Rotomagensi pago de Captivo territorio plebeius quidam homo, qui ex propria uxore quasi semimortuum filium susceperat...* Portatur puer contractus ad ecclesiam Beatae Mariae Gemmeticensem atque post tres annos et amplius sanatur.

Vatic. 9668. **7.** (Fol. 29-33) Libellus de nativitate B. Mariae Virg. = *BHL.* 5345, 5344, 5343.

8. (Fol. 33-36^{v}) Passio S. Petri apost. = *BHL.* 6666.

9. (Fol. 36^{v}-41) Martyrium S. Pauli apost. a Lino episcopo Romano graeca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum = *BHL.* 6570.

10. (Fol. 41-47) Passio sanctissimi Georgii = *BHL.* 3388.
April. 25.

Subiunctus est, maximam partem alia manu in loco raso, epilogus Passionis *BHL.* 3361.

11. (Fol. 47-50) Passio SS. Cyrici et Iulitae.

Inc. *Temporibus Aurelii Alexandri imperatoris, qui fuit ab Octaviano caesare vicesimus, cum maxima vexatione ecclesiae agitarentur* — Des. *Et sic postquam tot agones martyrii celebraverunt, felices ipsorum animae nexibus solutae corporeis candidatis sanctorum martyrum soci[et]atae sunt choris, recipientes singulas beatae immortalitatis suae stolas a magnifico remuneratore suo Iesu benigno, qui vivit... Amen. Cuius gratia cooperante, compleverunt hi sancti felix martyrium certaminis sui XVI kal. iulii. Interveniat ergo pro nobis omnibus sanctus Ciricus magnus fide et martyr inclitus atque cum Iulitta nobili genetrice et candidata omnium sanctorum martyrum societate pium exoret Dominum, ut nos semper suae gratiae et ipsorum faciat esse participes gloriae.*

12. (Fol. 50-54^{v}) Passio S. Andreae apost. = *BHL.* 428.
Nov. 30.

13. (Fol. 54^{v}-68^{v}) Passio S. Thomae apost. = *BHL.* 8140.
Dec. 21.

14. (Fol. 68^{v}-71) Passio S. Desiderii mart. = *BHL.* 2145.
Iun. 21.

15. (Fol. 71-73^{v}) Vita S. Constantiani ab. et conf. = *BHL.* 1931.
Dec. 1.

16. (Fol. 74-77) Vita S. Medardi ep. et conf. = *BHL.* 5864.
Iun. 8.

17. (Fol. 77-81^{v}) Passio S. Margaritae virg., quae passa est in civitate Antiochia sub Olibrio praeside XIII kal. <febru>arias (*corr. al. manu* augusti).

Inc. *Post resurrectionem inlustrem Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi et glori<os>am ascensionem* (cod. *-nis*) *eius in caelis ad Patrem et postquam acceperunt beati apostoli coronas suas* — Foliis perditis, des. mutila: *Daemon dixit. " Dic mihi et tu, Margarita, unde sit fides tua aut unde vita tua aut*|

18. (Fol. 82-86) <Vita S. Eparchii> = *BHL.* 2559. VATIC. 9668.

Foliis perditis, inc. mutila : *innocens infantia. Cum annis ageret...* (ed. KRUSCH, p. 553, l. 14).

19. (Fol. 86-91ᵛ) Passio ss. mm. Mauricii, Exuperii, Candidi, Innocentii atque Victoris cum sociis eorum = *BHL.* 5743. Sept. 22.

Inc. *Temporibus Diocleciani quondam...*

20. (Fol. 91ᵛ-97ᵛ) Conversio S. Iustinae virg. = *BHL.* 2048. Sept. 26.

21. (Fol. 97ᵛ-109ᵛ) Paenitentia S. Cypriani = *BHL.* 2049.

22. (Fol. 109ᵛ-112ᵛ) Passio S. Iustinae virg. = *BHL.* 2051.

23. (Fol. 112ᵛ-125) Vita beatissimi Iuniani conf. et sacerdotis = *BHL.* 4562.

24. (Fol. 125-126) <Translatio S. Iuniani> = *BHL.* 4564.

25. (Fol. 126-133ᵛ) Vita S. Pardulfi = *BHL.* 6460.

26. (Fol. 133ᵛ-141) Passio S. Susannae virg. = *BHL.* 7937. Aug. 11.

27. (Fol. 141-150ᵛ) Passio S. Adriani praeclarissimi viri et comitum eius = *BHL.* 3744.

28. (Fol. 151-161ᵛ) Vita Ni(colai) = *BHL.* 6104-6106.

29. (Fol. 162-166ᵛ) Vita et conversio vel passio S. Eustachii = *BHL.* 2760.

Foliis perditis, des. mutila : *Ille vero perfusus lacrimis*] (= *Act. SS.*, num. 14 post med.).

CODEX 10000

Membraneus, foliorum 474 (circ. 0ᵐ,170×0,115), paginis bipartitis exaratus saec. XIV. His foliis facta sunt duo volumina (fol. 1-226, 227-474).

Fol. 193ᵛ scriptum est : *M° CCCC°. LXXIIII. mense septembris die XIIII hic liber emptus est a me dompno Pangratio Iacobutii de Ocriculo a dompno Angelo de Fossambruna ducato uno et bononenis xlvi.*

Est hoc " Breviarium ordinis Fratrum Minorum secundum consuetudinem Romane ecclesie „ (fol. 1). Aliquando apud Otriculanos illud servatum esse officia **1-3** ostendunt.

Post proprium de tempore recentius insertum est officium unum :

1. (Fol. 194-195ᵛ manu saec. XV extr.) In sanctorum Victoris et Coronae.

Insunt lectiones excerptae ex Passione *BHL.* 8559, inserta sub ipso initio narratione in qua inepte nominatur urbs Otriculana, ut Victor,

VATIC. 10000. etsi de Cicilia ortus et ad praefectum Aegypti adductus dicitur, quadam tamen ratione Otriculanus habeatur.

Incipiunt lectiones : *In diebus Antonini imperatoris facta est in christianis persecutio inmanissima sub Sebastiano duce Aegypti. Fuit quidam vir, nomine Victor, christianus miles ab infantia metuens Deum, veniens de provincia Ciliciae in urbem Utriculanam, et desiderabat pervenire ad palmam martyrii. Cum igitur iret ad stadium, ubi sancti martyres erant pro Christo certantes, vidit eos in tormentis positos et que<n>dam eorum suspensum capite deorsum sub ipso prostratum, alium extensum in quatuor lign[i]a et diutissime mactatum, alium ung[n]ulis laceratum, alium manu abscisa, alium stipite in collo eius affixo et exaltatum in* (immo *a) terra, alium inclinatum ex diverso* (corr. *adverso*), *id est retro manus et pedes habentem, et sic fustibus a ministris caesum ; et ita erat obscuritas pessima hiis qui [erant] videbant haec tormenta. Accedens autem beatissimus Victor, coepit osculari sanctos martyres, cum essent in tormenta nequissima. Erant enim omnes viri numero fere quadraginta. Clamans Victor voce magna dixit* : " *Magnus Deus christianorum, magnus Deus „ sanctorum martyrum;* „ *et dixit eis : "Ossecro vos, famuli Christi, „ intercedite pro me, ut et ego dignus efficiar consors vester inveniri, „ certans adversus diabolum. Et modicum perseverate. Par<v>us „ quidem labor, se<d> multa requies ; minora tormenta, sed „ ineffabilis est satietas. Super terra torquetur corpus a mini- „ stris, in futuro autem saeculo sancti angeli illis ministrabunt.* „ *Sancti autem perseverantes in fide Christi et certamine per martyrium vitam suam finiebant. Beatissimus autem Victor co<n>spiciens, et veniebat noctu, auferebat corpora sanctorum, asconse portans in umeris suis, et sepel[l]iebat in crypta, quae erat iuxta civitatem. Cumque repleta esset multitudine corporum sanctorum, et aspicientes ministri paganorum, custodientes die simul cum nocte, et tenuerunt beatissimum Victorem et adduxerunt ad Sebastianum ducem Aegypti. Cui dux dixit :* " *Victor, lit- „ terae mihi venerunt...* „ Sequitur Passio *BHL.* 8559 ad verbum fere exscripta, non paucis tamen praetermissis. Foliis perditis, des. mutila : *quoniam magus non sum, ut tu dicis, sed christianus sum* (= *Act. SS.*, num. 3 extr.). *Sebastianus dixit* : " *Ad regem nostrum pertines.* „

Ante Proprium sanctorum inserta sunt duo officia, quae notatu digna videntur :

2. (Fol. 309v-311) In festo B. Fulgentii ep. et mart.

Lectiones de S. Fulgentio Otriculano. Inc. lect. I : *Vir venerabilis Fulgentius, qui Utriculensi ecclesiae praeerat, regem crudelissimum Totilam infensum omnimodo habebat* (cf. GREGORIUS MAGNUS, *Dial.*, III, 12). — Des. *alioquin diversis et duris verberibus laceratum arcerent.*

3. (Fol. 312-314) <Lectiones in festo S. Medici martyris Otriculani> = *BHL.* 5877. VATIC. 10000.

Ex hoc codice 10000 editae sunt in *Act. SS.*, ex quo etiam lectiones de SS. Victore et Corona (supra, **1**) acceperant maiores nostri; cf. *Act. SS.*, Iun. t. V, p. 7, num. 1. Quod autem dicunt codicem fuisse " breviarium membraneum manuscriptum an. 1515 " (l.c., et ibid., p. 8), id inde factum est tum quod qui ad ipsos apographum misit de codicis aetate non recte iudicavit, tum quod folio 314ᵛ depicta est manu saeculi XV *Rota*, in cuius diametro haec scripta sunt: *Anno Domini M°. CCCC°. XV*, subscriptum autem: *Ista rota fuit facta ad inveniendum* (cod.-*ennum) litteram dominicalem, bisextum et aureum numerum. Quando autem factum fuit, occurrebat anno Domini M° CCCC° XV, lictera vero dominicalis f.* et q. s. Age vero, videtur nescio quis pro *MCCCCXV* (vel *MCDXV*) exscripsisse *MCCCCCXV* (vel *MDXV*).

Ex ipso Proprio sanctorum (fol. 315-435ᵛ), omissis lectionibus quae ex martyrologio Adonis, ex *Libro pontificali* et ex Vitis sanctorum notissimis sunt desumptae, hae paucae recensendae videbantur.

4. (Fol. 318-319ᵛ) In S. Olympiadis martyris.

Lectiones desumptae ex Passione S. Firminae de qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 427[45].

5. (Fol. 325-327ᵛ) In inventione corporum bb. mm. Firminae et Olympiadis.

Ex libello de quo ibid., p. 427[44].

6. (Fol. 430ᵛ-433) <Lectiones de passione S. Firminae>.

Ex Passione de qua ibid., p. 427[45].

CODEX 10150 (olim 10169)

Membraneus, foliorum 78 (0ᵐ,291×0,208), paginis bipartitis exaratus saec. XIV extr.).

1. (Fol. 1-28ᵛ) Historia S. Thomae de Aquino = *BHL.* 8152, 8153.

Reliquis omissis, des. *divinae gloriae inchoaret* (= *Act. SS.*, num. 66 extr.).

2. (Fol. 28ᵛ-32ᵛ) Privilegium canonizationis gloriosi doctoris S. Thomae de Aquino ordinis Fratum Praedicatorum.

Bulla Iohannis XXII (FONTANINUS, *Codex canonizationum*, p. 135-41).

3. (Fol. 33-34) <Lectiones de S. Thoma de Aquino>.

Inc. et des. ut in codice 7592[18].

4. (Fol. 34-36ᵛ) In translatione S. Thomae de Aquino ordinis Fratrum Praedicatorum = *BHL.* 8164, 8165.

Insunt in altera parte codicis (fol. 45-69^{v}) lectiones officii divini maxime de tempore, sed et de sanctis, in festis (**5.**) SS. Adalberti Pragensis (fol. 59^{v}-60), Servatii Traiectensis (fol. 60-60^{v}), Martialis Lemovicensis (fol. 60^{v}), Procopii ab. Pragensis (fol. 60^{v}-61), X milium martyrum crucifixorum (fol. 68-69); quae distinctius recensere operae pretium non videtur.

6. (Fol. 69^{v}-78) Vita S. Eufraxiae virg. = *BHL.* 2719.

CODEX 10151

Membraneus, foliorum A et sign. 1-107 [fol. 17 bis] (0^{m},28×0,21), paginis bipartitis exaratus saec. XIV extr.

Folia 3, 28, 75, 95 et 101 a nebulone avulsa sunt, utique ut litteras ornatas furaretur.

1. (Fol. 1-93^{v}) Legenda sanctae ac admirabilis necnon venerabilis virginis Katarinae de Senis, sororis de paenitentia B. Dominici fundatoris ordinis Fratrum Praedicatorum = *BHL.* 1702.

Foliis avulsis, inc. prologus I: *mirandis donis Altissimi non deficiat...* (= *Act. SS.*, num. 5 sub in.); pars II: *in tantum quod proponebas te fingere masculum...* (ibid., num. 121 med.); pars III: *non in contemptum eius...* (ibid., num. 354 med.)

2. (Fol. 94^{v}-100^{v}) Legenda B. Vanae seu Iohanae virginis de Urbe Veteri, sororis de paenitentia B. Dominici fundatoris et patris ordinis Fratrum Praedicatorum = *BHL.* 4289.

Folio avulso, inc. mutila: |*ris iniabat totis affectibus interesse. Sed quoniam anima quae Deum diligit...* et des. mutila: *Vannes Nuti nomine de contrata Sanctae Mariae Novae vulneratus le*| (= cap. 5 sub med. et cap. 13 med.; MAREDDU, pp. 12 et 58-59).

3. (Fol. 102-106) Legenda B. Margaritae virginis novel<l>ae de civitate Castelli, sororis de paenitentia B. Dominici fundatoris et patris ordinis Fratrum Praedicatorum = *BHL.* 5313 b.

Folio avulso, inc. *superiori in oratione de sero permaneret...* (= *Anal. Boll.*, p. 25, l. 1).

CODEX 10152

Chartaceus, foliorum 156 [fol. 62, 76 et 97 bis] (0^{m},205 × 0,148), exaratus saec. XIV.

1. (Fol. 1-176) <Vita S. Dominici> = *BHL.* 2226.

Adest ultimum caput (= *Act. SS.*, p. 629-632). Folio perditis, inc. mutila: |*tes annuntient quoniam rectus Dominus Deus noster* (= *Act. SS.*, p. 562, num. 2 sub in.).

2. (Fol. 176-179^{v}) <Epistula Iordanis de Saxonia de translatione S. Dominici> = *BHL*. 2211.

3. (Fol. 179^{v}-181) <Litterae Gregorii IX de miraculis S. Dominici>.

Ed. cum alibi, tum *Act. SS.*, Aug. t. I, p. 526-27, num. 864-865. Cf. Potthast, *Regesta*, 9259.

4. (Fol.181-182^{v}) <Epistula iudicum seu inquisitorum in causa canonizationis S.Dominici constitutorum ad inquisitores Tolosanos subdelegatos>.

Illa epistula Tancredi, Thomae et Palmerii de qua meminerunt Tolosani in principio litterarum suarum (infra, **5**).

Inc. *Venerabilibus et discretis viris... Nuper venerabilis pater Henricus Bononiae episcopus* — Des. *Datum Bononiae XIII° die exeunte augusto.*

5. (Fol. 182^{v}-186) <Epistula Tolosanorum de virtutibus et miraculis S. Dominici> = *BHL*. 2209.

6. (Fol. 186-186^{v}) <De forma S. Dominici>.

Soror Cecilia Roma<na>, quae migravit ad Dominum in monasterio Sanctae Agnetis Bononiae et recepit habitum de manu sanctissimi patris Dominici et multas virtutes et mira retulit, dixit quod forma sancti Dominici sic[ut] fuit : Statura mediocris etc. ut in *BHL*. 2213, c. 14... *paucis canis respersam*. Subiunctum est : *Circa finem vitae suae fuit aliquantulum calvus, sicut habetur in Vitis fratrum.*

CODEX 10156

Membraneus, foliorum 49 (0^{m},239 × 0,173), rescriptus saec. XV.

(Fol. 32-49^{v}) Vita S. Hilarionis a S. Hieronymo edita = *BHL*. 3879.

CODEX 10187 (prius 10618)

Membraneus, foliorum 284 (0^{m},256 × 0,183), paginis bipartitis exaratus saec. XIV. Ultima pars (fol. 271^{v}-284^{v}) manu paulo recentiore descripta est.

Perspexit Marcus Vatasso v. cl. hunc esse codicem olim conventus Servorum B. Mariae ad Beati Iacobi Fulginatis, de quo *Anal. Boll.*, t. XIII, p. 383 ; t. XIV p. 167-68.

1. (Fol. 1-271^{v}) <Legenda aurea>.

Foliis perditis, inc. in medio c. 2 (de S. Andrea).

2. (Fol. 271^{v}-276) Vita ac legenda B. Iohacini conf. de nobili

Vatic. 10187. civitate Senarum, ordinis Fratrum Servorum S. Mariae Virginis = *BHL.* 4285, 4286.

3. (Fol. 276^{v}-284^{v}) Legenda B. Francisci conf. de Senis, ordinis Fratrum Servorum S. Mariae Virginis = *BHL.* 3139.

Folio perdito, des. mutila : *inutilis servus et ingratus* (= *Anal. Boll.*, p. 194, l. 14).

CODEX 10188 (prius 10617)

Membraneus, foliorum 316 (0^{m},225 × 0,163), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

(Fol. 1-313) Legendae sanctorum.

Ipsa *Legenda aurea.*

Fol. 315^{v} fragmentum diffinitionum capituli generalis (ordinis Minorum) anno MCCLXXXI// apud Argentinam habiti.

CODEX 10332

Membraneus, complectens folium A (chartaceum) et paginas sign. 106 (0^{m},248 × 0,175), exaratus saec. XV. Periit ante pag. 1 folium saltem unum. Totum implet

(Pag. 1-103) Inventio corporum ss. mm. Mauri, Panteleemonis et Sergii.

Supersunt, folio perdito, sola haec ultima verba prologi : *et aegrotos nonnullos ac captos oculis consecuta ; ad quae omnia liceat tua venia hinc principium auspicari.* — Inc. narratio : *Tertio* (cod. *Sercio*, corr. *Sergio) forte ante anno, etsi saepe alias, pater sanctissime atque optime, cum adiisset frequens pietatis explendae causa fanum divorum martyrum Franciscus Bautius* — Pagina non impleta, des. imperfecta: *Stana quaedam Illirica mulier Barum incolens... idque illi contigit III° nonas iunias. Die XXVII° maii X^{ae} indictionis venit quidam Petrus*|

Est hic liber cuius brevem epitomen, servatis fere iisdem verbis, sed multis rescissis, habes in libello *BHL.* 5793.

CODEX 10380

Membraneus, complectens folium A et paginas sign. 1-408 (0^{m},299 × 0,195), exaratus saec. XI.

Pag. 7 manu saec. XV: *Iste liber est Sancti Andree de Sexto.*

1. (Pag. 3-4) Vita vel actus S. Prosperi ep. = *BHL.* 6962.

Foliis perditis, des. mutila : *Quam praefatus apostolus a Domino Iesu Christo cuncta salubriter*| (= Affarosi, p. 17, l. 2 sqq.).

2. In pagina 5 exscripta sunt manu paulo recentiore tria fragmenta de S. Mar-

tino, quorum primum initio mutilum desumptum est ex Vita *BHL.* 5610, c. 4 *(ignaviae adscribitur... nemo moreretur)*, alterum ex epistula *BHL.* 5613 *(In illo tempore beatus Martinus gloriosum obitum suum longe ante praescivit... ut etiam avibus imperaret)*, tertium ex narratione *BHL.* 5619 *(Arcadio vero... Pictavi populi ad eius transitum)*. Vatic. 10380.

3. (Pag. 384-397) Vita vel depositio B. Gregorii papae urbis Romae = *BHL.* 3639.

4. (Pag. 397-401) Unde supra. Incipiunt miracula eiusdem B. Gregorii papae = *BHL.* 3645.

CODEX 10456

Chartaceus, foliorum 14 (0^{m},297 × 0,227), exaratus saec. XIV.
Fol. 14^{v} manu saec. XV : *Questo libro e di Paulino di Nicolao di Berto.*

1. (Fol. 1-14) Vita S. Anselmi ep. Lucensis et conf. = *BHL.* 536.

Reliquis omissis, des. cum c. 33: *quod verbis noluerint olim* (= *MG.*, Scr. t. XII, p. 23).

2. (Fol. 14, alia manu paulo recentiore) Nota de tempore mortis, videlicet de anno.

Vitae *BHL.* 536, c. 42, 40, et pars prior c. 41 usque ad *et Benedictus Mutinensis episcopus* (*MG.*, t. c., pp. 25 et 24-25).

CODEX 10688

Membraneus, foliorum A et sign. 1-81, 1-151 (0^{m},240 × 0,174), exaratus saec. XV.

(Parte II, fol. 81^{v}-86) Karoli Magni quae in Hispania gesta gessit = *BHL.* 1589, 1590.

Historiae *BHL.* 1590 exscripta sunt dumtaxat c. 1-8, 11 et pars prior c. 14 — Des. *Sarraceni vero omnes qui in urbe inventi sunt, in ore gladii trucidati sunt. Postea vero dominus et victoriosissimus rex Karolus in regnum Galliae reversus est.*

II. CODICES PALATINI LATINI

CODEX 3

Membraneus, foliorum 167 (0^m,568×0,382), paginis bipartitis exaratus saec. XI. Plurimorum foliorum margines sunt abscissi.

(Fol. 43^v-44) De S. Mathia apostolo.

Octo lectiones ex *BHL.* 5695 desumptae (Inc. *Inclitam*...). Sunt hae saec. XII iam provecto in loco libero atque in marginibus descriptae.

CODEX 147

Membraneus, foliorum 133 (0^m,281×0,214), exaratus saec. XI (fol. 1-129) et saec. XV (fol. 130-133).

1. (Fol. 1-126) Recognitiones S. Clementis = *BHL.* 6644.

Foliis perditis inter fol. 8 et 9, deest ultima pars libri I et initium libri II.

2. (Fol. 126-133) <Pseudo-Clementis epistula ad Iacobum> = *BHL.* 6646.

CODEX 150

Membraneus, foliorum A-C et sign. 193 (0^m,223×0,153), exaratus saec. XV. Fol. C^v : *Maneti 127.* Ibidem descriptus est index libellorum.

(Fol. 60-61^v) Laus Hyronis discipuli eius *(S. Ignatii)* in eum, qui ei successerat in episcopatu.

Catal. Lat. Brux., t. I, p. 518 (et alibi).

Fol. 93 exscriptum est (sine lemmate) c. 88 libri S. Hieronymi *De viris ill.*, quod est de S. Antonio abbate.

CODEX 158

Membraneus, foliorum A-C et sign. 1-259 (0^m, 362×0,243), exaratus saec. XV.

(Fol. 252-259) <Passio S. Cypriani ep.> = *BHL.* 2041.

CODEX 166

Chartaceus, foliorum sign. 225 (0^m,293×0,208), exaratus anno 1434 (fol. 222^v).

1. (Fol. 1-3^v) Vita S. Hilarii Pictavensis ep. = *BHL.* 3885.

2. (Fol. 4-5) Epistola S. Hilarii ad filiam suam. PALAT. 166.

P. L., t. X, col. 549-52.

CODEX 179

Membraneus, foliorum sign. 204 (0^{m},225×0,168), paginis bipartitis exaratus saec. XIV extr.

1. (Fol. 1-36) Miracula et gesta in Vitis sanctorum patrum = *BHL*. 6524.

Quaedam omissa sunt in aliquot capitibus.

2. (Fol. 36-116^{v}) Liber secundus <de Vitis patrum>.

Sub hoc titulo venit primo loco Vita B. Malchi *BHL*. 5190, tum Vita B. Frontonii *BHL*. 3191, tum narratio de Martino abbate de qua ad cod. Vaticanum 1199^{14}; dein Dialogi de S. Martino Turonensi *BHL*. 5614 c. 9 extr. (*Longum est si omnia...*), c. 10, 14-16; postea Bedae *Hist. eccl.*, lib. v, c. 12, omisso fine; inde libelli *BHL*. 6527, lib. XVIII, § 3; tum Vita S. Macarii *BHL*. 5095; sequuntur alia dicta vel gesta S. Macarii, sed et aliorum sanctorum ex Vitis patrum permixtim excerpta. — Ultima narratio est *BHL*. 6527, lib. I, § 23.

3. (Fol. 116^{v}-155) Pars tertia <de Vitis patrum>.

Primo loco exscripta sunt haec: *BHL*. 6526, c. 15-54; *BHL*. 6534, c. 1-8, 14-19, quibusdam omissis; *BHL*. 6525, c. 220 et 217. Sequuntur aliae narrationes ex Vitis patrum desumptae, quarum ultima est *BHL*. 6529, lib. I, § 15.

4. (Fol. 155-156^{v}) De S. Marina = *BHL*. 5528.

5. (Fol. 156^{v}-166) Vita S. Mariae Aegyptiacae = *BHL*. 5417.

6. (Fol. 166-167) De Taxia meretrice = *BHL*. 8012.

7. (Fol. 167-171^{v}) De Eufrosina = *BHL*. 2723.

8. (Fol. 171^{v}-177) Vita et conversatio S. Makarii Romani = *BHL*. 5104.

9. (Fol. 177-181) Vita S. Pauli primi heremitae = *BHL*. 6596.

Praefixus est prologo Vitae prologus libelli *BHL*. 6525.

Sequitur: *Expliciunt exempla et ystorie in vitis sanctorum patrum.*

10. (Fol. 181-204^{v}) Haec sunt exempla scripta ad honorem Beatae Virginis, quae Dominus per eam operatus est. Exempla ista sunt quae incipiunt a litteris sicut in salutatione Beatae Virginis continentur.

Insunt miracula plus 110, quorum alia narrationes alibi non repertas, alia res in notis libris de Miraculis B. Mariae iam traditas proferunt, at eas aliis verbis, ita ut ne semel quidem iisdem incipiant. A recensendis singulis capitibus abstinendum duximus. Exemplo sint prima capita:

PALAT. 179. *Aureis litteris quidam clericus nomen virginis gloriosae scribebat. Processu[m] temporis incipit graviter infirmari, et dum in extremis, sicut homo moriens, laboraret, anelitus qui exibat de ore eius videbatur rivulus aureus omnibus qui illi clerico adsistebant.*

SEQUITUR DE HAC LITTERA A. *Astrologus quidam incantationes fecit propter commodum temporale ; et cum deprehensus fuisset, condemnatus fuit ad comburendum. Quod ipse audiens, Beatam Virginem invocavit et ad honorem illius composuit quaedam verba. Beata igitur Maria videns eius devotionem eum consolatione suae clementiae confortavit. At ille contritus in animo confessus fuit cuidam sacerdoti et, habita paenitentia, promisit quod numquam daemones invocaret ; sicque liberatus fuit quod nec ignis nec tormentum aliquod praevaluit eum.*

Et ultimum :

SEQUITUR DE HAC LITTERA V. *Uxor cuiusdam Francigenae peperit quemdam monstrum et, eiectis obstetricibus, Beatam Virginem invocavit. Quae veniens cum sanctis virginibus, unguento extracto de piside quam ferebat unxit puerum et quod minus rectum fuerat reparavit. Et adsistente ei quadam virgine cum cereo ardente, accepit quemdam baculum et dedit mulieri ut eum daret filio suo, cum sibi videretur adultus. Ergo puer missus fuit ad scolas et processu temporis intravit ordinem Praedicatorum. Deinde, facta professione, visitare voluit matrem suam. Quod cum faceret, ipsa narravit ei omnia quae facta fuerant et tradidit ei baculum matris Dei.*

CODEX 180

Membraneus, foliorum 136 (0^{m},275×0,192), paginis bipartitis exaratus saec. XIII.

Fol. 136 manu saec. XVI : *Alexandri de Bassis.*

1. (Fol. 36-45) Epistola Hieronymi presb. ad Paulam et Eustochium de assumptione S.Mariae matris domini nostri Iesu Christi.

P. L., t. XXX, col. 122-42.

2. (Fol. 45-49v) Ad Heliodorum ep. epitaphium Nepotiani = *BHL.* 6057.

3. (Fol. 104v-107v) Epistola consolatoria Hieronymi ad Paulam de dormitione Blesillae = *BHL.* 1367.

4. (Fol. 107v-108) Hieronymus ad Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

5. (Fol. 108-108v) Hieronymus ad quam supra de vita Asellae = *BHL.* 723.

6. (Fol. 119-121v) Hieronymus ad Oceanum de morte Fabiolae = *BHL.* 2817.

CODEX 181

Chartaceus, foliorum sign. 401 (0^{m},286×0,203), paginis bipartitis exaratus duabus manibus saec. XV (fol. 1-190 et 196-401).

(Fol. 189-190^{v}) <Narratio Bedae Venerabilis de vita sua> = *BHL*. 1067.

CODEX 209

Membraneus, foliorum A et sign. 1-128 (0^{m},250×0,215), exaratus saec. X in. (fol. 1-126).

Fol. 126^{v} manu saec. XV : *Iste liber pertinet monasterio Beate Marie Magdalene in Franckentall inter Spiram et Wormaciam situato, canonicorum regularium ordinis Sancti Augustini episcopi* (cf. etiam fol. 46^{v},58,69^{v}).

(Fol. 99-102) Gesta a B. Augustino confecta, quando sibi successorem elegit = *BHL*. 784 b.

CODEX 216

Membraneus, foliorum A et sign. 133 (0^{m},242×0,145), exaratus variis manibus saec. IX.

1. (Fol. 52^{v}-75) Vita vel obitus S. Landiberti pontificis, qui passus est XV kal. october in villa nuncupante Leodio, ubi et ipse domnus apostolicus requiescit in pace = *BHL*. 4677.

2. (Fol. 126^{v}) In Christo nomene incipit Vita S. Pauli.

Immo " Visionis S. Pauli „ (cf. *BHL*. 6581-6582) recensio quaedam inculto sermone conscripta : *Per verbum Dei ductus est in regnum Dei ut viderit regnum et opera iustorum et penas impiorum. In primis venit ad arborem qui habet Ī mille đ quinquaginta rama et habet totus fructus in se ; et interrogavit sanctus Paulus : " Istud quid est, Domine ? „ — " Inde vivunt iusti et innocentes „. — Vinit in alio loco ; vidit viros et mulieres in cadenas ferreas et duceant legatas illas diaboli, qui adimperent omnibus multa mala committere. Et interrogavit sanctus Paulus : " Isti qui commisserunt, Domine ? „ — " Isti sunt qui sunt qui pater et mater honores tullerunt et inter se veniam non rogaverunt, nec*| Reliqua desunt, foliis perditis.

CODEX 217

Membraneus, foliorum 88 (0^{m}, 239×0,177), exaratus saec. XII.

Fol. 1 manu saec. XV : *Iste liber pertinet ad Sanctum Stephanum Herbipolensem.*

(Fol. 54-86^{v}) <Vita S. Brandani> = *BHL*. 1437.

Inc. *Sanctus Brandanus filius Fanlocha(ni), nepos Althi...*

Palat. 220.

CODEX 220

Membraneus, foliorum A et sign. 71 (0m,220×0,155), exaratus manu saxonica saec. IX.

(Fol. 53-55v) Passio (*cod.* Passia) S. Columbae = *BHL.* 1892.

CODEX 225

Chartaceus, foliorum sign. 272 (0m,196×0,137), exaratus saec. XV.
Fol. 1 descriptus est index libellorum.

1. (Fol. 32-66v) Vita S. Augustini ep. et indicium librorum eius, scripta a Possidio ep. = *BHL.* 785, 786.

2. (Fol. 256v-272) Passio S. Caeciliae virg. et mart. = *BHL.* 1495. Nov. 22.

Omisso prologo, inc. *Quodam tempore erat Romae puella quaedam, nomine Caecilia, virgo clarissima, quae absconditum semper...*

CODEX 235

Foliorum 67. Constat simul compactis aliquot codicillis exaratis saec. VIII-XII. Codex vel saltem pars illa quae complectitur folia 30-35 erat saec. XV *Liber Sancte Marie Virginis in Huisborch* (fol. 30).

Folia 4-29 (circ. 0m,293×0,222) paginis bipartitis exarata manu scottica saec. VIII.

1. (Fol. 4-29v) Sex libri Felicis sancti.

Carmina Paulini Nolani XV, XVI, XVIII (= *BHL.* 2870 iv-vi), XXVIII, XXVII, XVII (= ed. Hartel, p. 291-305, 262-91, 81-96). Carminis XVIII omissi sunt versus 167-219.

Folia 43-47v (max. 0m,280×0,228) exarata saec. XI.

2. (Fol. 43-43v) Versus de festivitatibus sanctorum.

Bedae, quod dicitur, martyrologium metricum (*P. L.*, t. XCIV, col. 603-606).

3. (Fol. 43v-44) Festa sanctorum XII apostolorum = *BHL.* 652.

Omissa est ultima particula, de S. Mathia.

CODEX 242

Membraneus, foliorum 128 (circ. 0m,128 × 0,085), exaratus variis manibus saec. XI et XII.

Fol. 1 et 112v manu saec. XV : *Codex iste pertinet monasterio Beate Marie Magdalene in Franckentall inter Spiram et Wormaciam situato, canonicorum regularium.*

(Fol. 89-112, saec. XII) S. Mariae Aegyptiacae vita metrice composita *(lemma additum saec. XV)* = *BHL*. 5419. Palat. 242.

In codice multo amplior est pars ultima Vitae inde a c. 9 sub finem.
Des. (loquens de Zosimo):

Qui per decrepitae lassatus taedia vitae,
Post mundi fletus migravit ad aethera laetus,
Gaudens consocia sibi considente Maria.

Praeterea olim legebatur in codice Vita S. Nicolai episcopi (cf. fol. 112ᵛ).

CODEX 257

Membraneus, foliorum 257 (0ᵐ,325 × 0,240), paginis bipartitis exaratus variis manibus saec. XI/XII et XII.

1. (Fol. 139ᵛ-142) Sermo S. Augustini <de S. Stephano> = *BHL*. 7866.

2. (Fol. 144-152ᵛ) In natali S. Iohannis evang. = *BHL*. 4320.

CODEX 262

Membraneus, foliorum A-D et sign. 122 (0ᵐ,303 × 0,191), exaratus saec. XI extr. Litterarum ductus evanidos nonnullis in locis renovavit manus posterior.
Fol. Dᵛ: *Iannogii Manetti.*

(Fol. 115ᵛ-122) Vita S. Hieronymi = *BHL*. 3871.

CODEX 265

Membraneus, foliorum A et sign. 90 (0ᵐ,390 × 0,267), paginis bipartitis exaratus saec. XI/XII.

Fol. Aᵛ manu saec. XVI: *Iannozii Manetti.*

Insunt Dialogi Gregorii Magni, inter quae post librum II (= *BHL*. 1102) inserta sunt:

(Fol. 34-35ᵛ) Carmina Pauli[ni] diaconi in honore B. Benedicti ab. = *BHL*. 1106.

Solum carmen *Ordiar...*

CODEX 267

Chartaceus, foliorum 182 (0ᵐ,299 × 0,217), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

Insunt (fol. 157-173, 163-176, 176-179) epistulae tres spuriae de S. Hieronymo *BHL*. 3866-3868.

Epistulae 3868 exscripta sunt dumtaxat c. 1-3; des. c. 3, omissis ultimis verbis: *fuerunt corpora tumulata.*

Palat. 270.

CODEX 270

Membraneus, foliorum 131 (0^m, 299 × 0,213), exaratus saec. XI.

Erat saec. XI/XII cuiusdam *Mon*(asterii), cuius nomen erasum est (fol. 1), quodque in Alsatia situm fuisse docuit H. M. Bannister v. cl.

Fol. 1. scriptum est saec. XIV : *Liber domini Erphonis de Wingarchen canonici Spirensis ;* ibid. alia manu saec. XIV : *Hunc librum dedit praedictus dominus Erpho ad librariam Fratrum Ordinis Sancte Marie de Monte Carmeli ;* ibid. : *Dis buch ist mir Ott Hanrich..... aus dem kloster zu Kermeliten zu Speier umb ein..... geschenkt wurden 1554.*

(Fol. 1-131v) Vita S. Gregorii = *BHL.* 3641.

CODEX 277

Membraneus, foliorum 114 (0^m,223 × 0,152), exaratus partim litteris uncialibus saec. VIII (fol. 1-93), partim saec. X (fol. 94-114).

(Fol. 22-55) Hortus vel ovitus sanctorum patrum qui in scripturarum laudibus efferuntur = *BHL.* 6544.

CODEX 300

Membraneus, foliorum 182. Constat simul compactis multis codicillis exaratis saec. XII-XIV.

Folia 95-112 (0^m,197 × 0,133) saec. XIII rescripta sunt, expuncta priore scriptura, quae saec. XI erat.

Remediis chemicis adhibitis, apices erasi satis apparuerunt ut perspici posset fol. 95-96v descriptam olim esse (**1.**) ultimam partem Passionis S. Luciae *BHL.* 4992.

2. (Fol. 95-109v, saec. XIII) Translatio S. Antonii ab. = *BHL.* 612.

3. (Fol. 109v-112v, saec. XIII) <Translatio S. Antonii ab. Romam> = *BHL.* 613.

CODEX 327

Chartaceus, foliorum 368 (0^m,305×0,214), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

Insunt **1.** (fol. 222-243, 243-247, 247-267v) epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3866-3868. Inter c. 3 et 4 epistulae 3868 insertum est (fol. 250) lemma : *Sancti Silvani gesta cum hereticis etc.*

Subiuncti sunt aliquot versiculi Iohannis Andreae in laudem S. Hieronymi. Inc. *Ecclesiae doctor Ciceronis codice flagrans...*

2. (Fol. 324v-330v) Vita S. Macharii = *BHL.* 5104.

Sequuntur (fol. 330v-336v) narrationes aliquot ex Beda et ex Vitis patrum excerptae.

CODEX 362

Palat. 362.

Chartaceus, foliorum A et sign. 172 (circ. $0^{m},29 \times 0,21$), exaratus variis manibus saec. XV.

Erat olim domus S. Mariae Magdalenae in Maiore Franckentall (cf. fol. 37[v]).

1. (Fol. 70[v]-71) In festo B. Hieronymi presb. ex gestis eius, quae pro multa parte collecta sunt ex dictis eius.

Inc. ut *BHL.* 3869. — Des. *et in fine psalmorum " Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto „ dici instituit.*

2. (Fol. 71) In festo sanctissimae virg. et mart. Christi Katherinae. Ex gestis eius.

Epitome Passionis *BHL.* 1663. — Inc. *Fuit in civitate Alexandrina virgo quaedam duodeviginti annorum, nomine Katherina, speciosa valde, Costi regis filia* — Des. *Passa est autem feria sexta, hora tertia, in hoc imitata passionem Salvatoris.*

CODEX 430

Membraneus, foliorum sign. pridem (saec. XIV) IX-CLXXXXVI [perditis fol. LV et LVI], nunc 1-186 ($0^{m},302 \times 0,197$), exaratus saec. IX/X.

1. (Fol. 109-111) De assumptione B. Mariae *(lemma add. saec. XIV).*

Foliis perditis, inc. mutila: *in hunc locum et vigilatis nobiscum. Sint omnium nostrum lampades accensae et vigilemus animo et spiritu, ut conveniret* (corr. *cum veniat) Dominus, inveniat gratia Spiritus sancti. Fratres karissimi, nolite suspicare hanc vocationem beata Maria esset* (corr. *beatae Mariae esse) mortem* — Des. *praecepit Dominus nubibus ut irent in paradiso* (corr. *-sum), et sic deposuerunt nubes corpus beatae Mariae in paradiso* (corr. *-sum), et est ibi glorificans Deum cum omnibus electis eius.*

2. (Fol. 133-139[v]) Iacobi filii Ioseph historia nativitatis S. Mariae Virginis = *BHL.* 5340, 5341.

Reliquis omissis, des. *quia ipse est salvator saeculi et omnium sperantium in se. Et confestim accessit Salome, adorans infantem matris Domini* (cf. Tischendorf, 2[a] ed., p. 79, l. 7-9).

3. (Fol. 152[v]-154[v]) Sermones de transitu S. Martini = *BHL.* 5613.

Deest prologus.

4. (Fol. 154[v]-155) Item unde supra *(cod.* subra) de sancti Martini Toron. = *BHL.* 5619.

5. (Fol. 184-186) <Apparitio S. Michaelis archangeli> = *BHL.* 5948.

Palat. 435.

CODEX 435

Chartaceus, foliorum 281 (0^{m},289 × 0,213), paginis bipartitis exaratus duabus manibus saec. XV.

Est pars hiemalis cuiusdam lectionarii. Insunt homeliae et Vitae sanctorum, quae fere vel partim exscriptae sunt vel in epitomen redactae. Vitas illas, utpote vulgatissimas, paucis recensuisse satis superque erit.

1. (Fol. 2-4 et 5^{v}-8 atque iterum 183^{v}-185 et 186-187) Andreas apost.

2. (Fol. 11^{v}-15 atque iterum 187-188^{v}) Barbara virg. et mart.

3. (Fol. 16^{v}-18 atque iterum 188^{v}-190) Nicolaus ep. Myrensis.

4. (Fol. 18-19^{v} atque iterum 190^{v}-191^{v}) Conceptio B. V. Mariae (*Mir. BVM.* 1698).

5. (Fol. 23^{v}-25^{v} atque iterum 192-193) Lucia virg. et mart.

6. (Fol. 38-41^{v} atque iterum 193-195) Thomas apost.

7. (Fol. 52-54 et 72^{v}-74) Iohannes apost.

8. (Fol. 65^{v}-67^{v}) Silvester papa.

9. (Fol. 89^{v}-90^{v} atque iterum 195^{v}-196^{v}) Felix presb. Romanus (*BHL.* 2885).

10. (Fol. 90^{v}-91^{v} atque iterum 196^{v}-197) Maurus ab. Glannafol.

11. (Fol. 93-94 atque iterum 197-198) Marcellus papa.

12. (Fol. 94-95^{v} atque iterum 198-198^{v}) Antonius ab. in Thebaide.

13. (Fol. 95^{v}-96 atque iterum 199) Prisca virg. et mart.

14. (Fol. 96-97 atque iterum 199-200) Marius, Martha, Audifax et Abbacuc.

15. (Fol. 97-99 atque iterum 200-202) Sebastianus mart.

16. (Fol. 99-101, 103-103^{v} et 111-112 atque iterum 202-203^{v}, 204-204^{v}, 211^{v}-212^{v}) Agnes virg et mart.

17. (Fol. 101-102 atque iterum 203^{v}-204) Vincentius diac. et mart.

18. (Fol. 103^{v}-104^{v} atque iterum 204^{v}-205^{v}) Timotheus discipulus Pauli apost.

19. (Fol. 108-109 atque iterum 209-210) Polycarpus ep. et mart.

20. (Fol. 109-110^{v} atque iterum 210-211^{v}) Iohannes Chrysostomus.

21. (Fol. 112-113^{v} atque iterum 212^{v}-213^{v}) Valerius ep. Treverensis.

22. (Fol. 114-116 atque iterum 213^{v}-214^{v}) S. Brigida virg.

23. (Fol. 117-119 atque iterum 215^{v}-217) <Miraculum in die purificationis B. V. Mariae> (*Mir. BVM.* 1707).

24. (Fol. 121-122^v atque iterum 219^v-221) Blasius ep. Palat. 435.
25. (Fol. 122^v-124^v atque iterum 221-223) Agatha virg. et mart.
26. (Fol. 125^v-127 atque iterum 223^v-224^v) Dorothea virg. et mart.
27. (Fol. 130 atque iterum 224^v) Apollonia virg. et mart. Alexandrina.
28. (Fol. 130^v-131^v atque iterum 224^v-225^v) Scholastica virg.
29. (Fol. 131^v-132 atque iterum 225^v-226) Eulalia virg. et mart.
30. (Fol. 133-134 atque iterum 226-227) Valentinus ep. Interamnensis.
31. (Fol. 134-135^v atque iterum 227-228) Faustinus et Iovita.
32. (Fol. 135^v-137 atque iterum 228-229^v) Iuliana virg. et mart. Nicomediensis.
33. (Fol. 141-143^v atque iterum 233-235) Matthias apost.
34. (Fol. 235-237^v) Gregorius I papa.
35. (Fol. 241-243) Ambrosius ep. Mediolanensis.

CODEX 436

Chartaceus, foliorum 148 (circ. $0^m,30 \times 0,11$), exaratus variis manibus saec. XV.
Insunt (fol. 1-98^v) homeliae, sermones atque non paucae lectiones e Vitis sanctorum excerptae eaeque nullius momenti.

1. (Fol. 16^v-18) Iohannes apost.
2. (Fol. 22^v-23^v) Thomas ep. Cantuariensis.
3. (Fol. 29^v-31) Silvester papa.
4. (Fol. 49-50) B. Felix in Pincis (ex *BHL*. 2885).
5. (Fol. 50-51) Maurus ab. Glannafoliensis.
6. (Fol. 51-52^v) Marcellus papa.
7. (Fol. 52^v-53) Antonius ab. in Thebaide.
8. (Fol. 53-53^v) Prisca virg. et mart.
9. (Fol. 54-55) Marius, Martha, Audifax et Abbacuc.
10. (Fol. 55-56^v) Sebastianus mart.
11. (Fol. 57-58^v, 60-60^v et 74-75^v) Agnes virg. et mart.
12. (Fol. 59-60) Vincentius diac. et mart.
13. (Fol. 61-62) Timotheus discipulus Pauli apost.
14. (Fol. 70-71^v) Polycarpus ep.
15. (Fol. 72-74) Iohannes Chrysostomus.
16. (Fol. 75^v-77^v) Valerius ep. Treverensis.
17. (Fol. 77^v-80) Brigida virg.

Palat. 436. **18.** (Fol. 80-82) Dorothea virg. et mart.

19. (Fol. 82-82^{v}) Apollonia virg. et mart. Alexandrina.

20. (Fol. 82^{v}-84) Scholastica virg.

21. (Fol. 84-85) Eulalia virg. et mart.

22. (Fol. 85-88) Miraculum factum in die purificationis gloriosae Virginis Mariae (*Mir. BVM.* 1707).

23. (Fol. 90^{v}-92^{v}) Blasius ep. et mart.

24. (Fol. 92^{v}-96^{v}) Agatha virg. et mart.

CODEX 439

Chartaceus, foliorum 204 (0^{m},287 × 0,215), paginis bipartitis exaratus saec. XV eadem manu qua codex 435 vel certe eodem in loco et tempore.

Est haec aestiva pars lectionarii, cuius partem priorem habes in codice 435.

1. (Fol. 135) Tiburtius et Valerianus.

2. (Fol. 135-135^{v}) Georgius mart.

3. (Fol. 136-136^{v}) Marcus evang.

4. (Fol. 136^{v}-137) Vitalis mart. Ravennas.

5. (Fol. 139^{v}-140) Gordianus et Epimachus.

6. (Fol. 140) Nereus et Achilleus.

7. (Fol. 140^{v}-141) Gingolfus mart.

8. (Fol. 141) Servatius ep.

9. (Fol. 141-141^{v}) Pudentiana virg.

10. (Fol. 141^{v}-142) Urbanus I papa.

11. (Fol. 142-142^{v}) Maximinus ep. Treverensis.

12. (Fol. 142^{v}-143) Petronilla virg.

13. (Fol. 143-143^{v}) Nicomedes mart.

14. (Fol. 143^{v}-144^{v}) Petrus et Marcellinus.

15. (Fol. 144^{v}-145) Erasmus ep. et mart.

16. (Fol. 145-145^{v}) Bonifatius ep. Moguntinus.

17. (Fol. 145^{v}-146^{v}) Medardus ep.

18. (Fol. 146^{v}-147) Primus et Felicianus.

19. (Fol. 147-147^{v}) Barnabas apost.

20. (Fol. 148-149) Nazarius, Basilides, Cirinus et Nabor.

21. (Fol. 149-150) Basilius ep. Caesariensis.

22. (Fol. 150-151) Vitus, Modestus et Crescentia.

23. (Fol. 151-152) Marcellianus et Marcus.

24. (Fol. 152-152^{v}) Gervasius et Protasius.

25. (Fol. 153-153^{v}) Theonestus ep. et soc.

26. (Fol. 153^{v}-154^{v}) Acacius et soc. mart. PALAT. 439.
27. (Fol. 154^{v}-155) Albanus mart. Verulamensis.
28. (Fol. 159^{v}-161) Iohannes et Paulus.
29. (Fol. 161-162) Septem Dormientes.
30. (Fol. 165^{v}-167^{v}) Paulus apost. (*BHL.* 6671)
31. (Fol. 177^{v}-179) Udalricus ep. Augustanus.
32. (Fol. 179-180) Martinus ep. Turonensis (*BHL.* 5623)
33. (Fol. 182-183^{v}) Kilianus ep. et soc. mart.
34. (Fol. 185^{v}-186) Felicitas cum septem filiis.
35. (Fol. 186^{v}-187^{v}) Translatio S. Benedicti (*BHL.* 1117)
36. (Fol. 187^{v}-189) Margarita virg. et mart.
37. (Fol. 189-190) Heinricus (seu Emericus) filius S. Stephani regis.
38. (Fol. 192-193^{v}) Alexius homo Dei.
39. (Fol. 193^{v}-194) Symphorosa cum septem filiis.
40. (Fol. 194-195) Arbogastus ep.
41. (Fol. 195-196) Praxedis virg.
42. (Fol. 196-197^{v}) Maria Magdalena.
43. (Fol. 199-200) Apollinaris ep. Ravennas.
44. (Fol. 200-201^{v}) Iacobus Maior apost.
45. (Fol. 202^{v}-203^{v}) Pantaleon mart.
46. (Fol. 203^{v}-204^{v}) Martha hospita Christi.

Haec, foliis perditis, des. imperfecta.

CODEX 455

Chartaceus, foliorum 238 (0^{m},210 × 0,148), exaratus in Lautterhofen anno 1438 (cf. fol. 222). Folia 233^{v}-237^{v} manu paulo recentiore descripta sunt.

(Fol. 233^{v}-236) Legenda de S. Udalrico.

Inc. prol. *Ulricus potest interpretari vlreich, id est valde reich. Nam patrem et matrem habuit claros genere et divitiis*—Inc. *Christi confessor Udalricus* (cod. *Adul-*) *ex Almaniorum prosapia, patre scilicet Hulpardi et matre Diepirga, claris genere et divitiis huius mundi, extitit oriundus* — Des. *Rogamus itaque te, o sancte Udalrice... sis nobis tuam memoriam recolentibus intercessor apud Filium Virginis et patronus, qui cum Deo... Amen.* Cf. *BHL.* 8363.

CODEX 463

Chartaceus, foliorum 156. Constat simul compactis aliquot codicillis exaratis saec. XV.

Folia 149-156 (0^{m},204×0,140).

PALAT. 463. 1. (Fol. 149-152) <Vita S. Iudoci conf.> = *BHL.* 4511.

Deest prologus. Quaedam omissa sunt et, praetermissa ultima sententia, des. *qui ita permansit omnibus diebus vitae suae etc.*

2. (Fol. 152-152^v) < De S. Odilia abbatissa>.

Epitome, quae inc. *Temporibus Henrici imperatoris dux Adelricus in Hoenburg ex Persicida uxore sua filiam a nativitate caecam procreavit* — Des. *et sanctum corpus eius cum maxima reverentia in ecclesia Sancti Iohannis Baptistae est sepultum, ubi usque nunc in saeculum requiescit in saecula saeculorum. Amen.*

3. (Fol. 153-153^v) <De S. Attala abbatissa>.

Epitome, quae inc. ut *BHL.* 741 et des. *Cuius corpus multa cum reverentia et devotione circa matrem eius est sepultum etc. Amen.*

4. (Fol. 153^v-155^v) De S. Euchario.

Epitome, quae inc. *Igitur postquam beatus Petrus apostolus Anthyocenam ecclesiam primus septem rexisset annis* — Des. *At ille valedicens fratribus repressisque reverenter oculis, laetus migravit ad Christum, cui est honor... Amen.*

5. (Fol. 155^v-156^v) De S. Anastasia.

Legenda aurea, c. 7.

CODEX 477

Membraneus, foliorum sign. 281 (0^m,460×0,325), paginis bipartitis exaratus saec. XV. Quae leguntur fol. 267 sqq. aliis manibus saec. XV adiecta sunt.

Insunt " Lectiones in officiis matutinalibus de sanctis per circulum anni legendae „ (fol. 1) ad usum, ut videtur, ecclesiae Wormaciensis.

Cum codex recentis aetatis sit et Vitae sanctorum, ex quibus maxima pars harum lectionum desumpta est, bene notae, satis erit paucis ipsas recensere. Monere velim aliquas ex ipsa *Legenda aurea* esse excerptas.

1. (Fol. 1^v-3, 3^v-5) In die S. Andreae.
2. (Fol. 5-6^v) De S. Barbara virg. et mart.
3. (Fol. 6^v-7^v) De S. Nicolao conf. et pont.
4. (Fol. 7^v-8^v) In octava S. Andreae.
3. (Fol. 104-104^{v}, 103-103^{v}) <Fragmentum Vitae S. Aldrici ep. Senonensis>

Vid. appendicem XIV.

Folia 105-112 (0^{m},215×0,143) exarata saec. X extr. Fol. 105: *Morigni.*

4. (Fol. 105^{v}-112^{v}) <Vita S. Bertini> = *BHL.* 1290.

Foliis perditis, des. mutila : *aliud tamen in praesentia custodum fingens* (= *Act. SS.*, num. 17 ante med.).

CODEX 612

Membraneus, foliorum sign. pridem 1-79,90-94, postea 1-73, 73 bis, 74-83 (0^{m},186×0,129), exaratus variis manibus saec. IX/X et X.

1. (Fol. 71^{v}-78) Passio SS. Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi pueri, qui passi sunt Mediolano tempore Neronis = *BHL.* 6042.

Inc. *Vir quidam erat Spiritu sancto repletus...* Cf. *BHL.* 6043.

2. (Fol. 78-81^{v}) <Passio S. Sixti> = *BHL.* 7811.

CODEX 615

Membraneus, foliorum 144 (0^{m}, 192 × 0,139), belle exaratus duabus manibus saec. XI.

1. (Fol. 2^{v}-50) Vita S. Remacli ep. et conf. = *BHL.* 7116.

2. (Fol. 51^{v}-80) <Miracula S. Remacli> = *BHL.* 7120, 7124, 7123, 7125, 7122.

3. (Fol. 81-94^{v}) <Miracula S. Remacli> = *BHL.* 7127.

4. (Fol. 98-144) Virtutes ac miracula pretiosissimi confessoris Christi Remacli, quomodo Malmundarium monasterium... = *BHL.* 7140.

CODEX 620

Membraneus, foliorum 63 (circ. 0^{m},22×0,14), exaratus variis manibus saec. XII/XIII.

Fol. 63^{v}, manu saec. XV : *Iste liber est monasterii Beate Marie de Amberto ordinis Celestinorum,* in quo signatus erat 104 (cf. fol. 1 et 63^{v}).

Fol. 1 : *οἷς ἀτυχῶ λίαν εὐτυχῶ. Petavius.*

Codicem non omnino neglеximus, quia in catalogo codicum manu scripto dicitur inveniri fol. 21 : “ S Ioannis Baptistae capitis inventio. „ Reapse folia 7-22 replet chronicon quoddam, quod inscriptum est *Gesta Francorum ;* in quo

Reg. 620. paucis memoratur fol. 21 haec inventio : *Temporibus ipsis dum praedictus dux Willelmus reversus esset a Roma* et q. s. Cf. J. Chavanon, *Adémar de Chabannes. Chronique* (Paris, 1897), p. 210.

CODEX 621

Membraneus, foliorum 54 (0^{m},224×0,163), exaratus variis manibus saec. XI.

1. (Fol. 1-12) Vita sancti ac beatissimi Aviti conf. atque ab. Miciacensis monasterii = *BHL*. 882.

Deest prologus.

2. (Fol. 12-19^{v}) Vita S. Eusicii conf. = *BHL*. 2754.

3. (Fol. 19^{v}-28) Vita sancti ac beatissimi Verani ep. et conf. = *BHL*. 8536.

4. (Fol. 29-33^{v}) <Miraculum S. Maximini conf. Miciacensis>.

Foliis perditis, inc. mutilum : *et ad paenitentiam necessitate potius quam voluntate devenisse perpendens* — Des : *Detinuerunt itaque eum fratres cum abbate postea in monasterio longo spatio temporis, donec, indicto Parisius concilio a Giraldo episcopo Ostiensi in septuagesimae termino, transiit illuc usque cum patre monasterii ex toto sanus et alacris.*

His quae supersunt narrat monachus Miciacensis (vocat enim Maximinum *patrem nostrum)* Hainricum quendam, cum divina visione iussus esset ut perquireret B. Maximini mausoleum, ut ibi sanitatem consequeretur, primo ad Sanctum Maximinum Treverensem, inde ad Sanctum Maximum de Chinonis prope Turones se contulisse ; sed iterum itemque monitum ut sanctum Maximinum in Gallia occidentali, et quidem iuxta Aurelianos requireret, tandem ibi in die festo sancti Maximini esse sanatum.

5. (Fol. 34-46) Sermo de inventione corporum patris Maximini et discipulorum eius Theodemiri et alterius Maximini = *BHL*. 5821.

6. (Fol. 47^{v}-53) Vita S. Euspicii primi ab. Miciacensis monasterii = *BHL*. 2757.

7. (Fol. 53-54) De translatione reliquiarum sanctissimi Euspitii = *BHL*. 2758.

CODEX 622

Membraneus, foliorum 116 (0^{m},256×0,145), exaratus variis manibus saec. XII. Fol. 116, manu saec. XII/XIII : *Hic est liber Moriniacensis*. Fol. 1 : *Ex libris Francisci Margulii Aurelii.*

1. (Fol. 1-16) Vita vel Gesta SS. Septem Dormientium = *BHL*. 2315. Iul. 27.

2. (Fol. 17-38) Vita S. Remigii ep. et conf.

Epitome, quae inc. ut *BHL.* 7155 et des. *eius meritis et intercessionibus liberabimur* (cod.-*ramimur*), *praestante Domino... Amen* (=*Act. SS.*, num. 124 extr.) Reg. 622.

3. (Fol. 38^{v}-44^{v}) <Vita> S. Hilarii ep. et conf. = *BHL.* 3885.

4. (Fol. 45-49^{v}) <Miracula S. Hilarii> = *BHL.* 3887.

5. (Fol. 50-52^{v}) <Epistula S. Hilarii ad Apram>.

P. L., t. X, col. 549-52.

6. (Fol. 53-61^{v}) <Passio S. Pauli apost.> = *BHL.* 6570.

CODEX 623

Membraneus, foliorum 161. Constat aliquot codicillis simul conglutinatis.

I. Folia 1-48 (0^{m},217×0,159) exarata saec. XV.

1. (Fol. 1-45) Vita B. Thomae martyris archiepiscopi per domnum Iohannem Dei gratia Exoniensem episcopum.

Prologus. *Archipresulis et archimartiris Anglorum Thome vitales vite flores ex satis scriptorum pratis in manipulum redactos naribus legentium applicare volentes ipsos rogamus ut I. Exoniensem Dei matri eiusque martiri recommendent.*

Inc. pars I. *Benedictioni<bu>s divine dulcedinis preventus insignis martyr et pontifex Thomas, cuius capitis teste pro Christo abrase corona ab eo est imposita* — Des. pars IV cum litteris Alexandri III papae: *Redolet Anglia...* (Jaffé-Loewenfeld, 12203). Cf. etiam Th. D. Hardy, *Descriptive Catalogue*, t. II (1865), p. 356-57.

III. Folia 57-61 (0^{m},215×0,163) exarata saec. XII extr.

Fol. 61, manu saec. XV: *Ex dono magistri Nicholay Masculi.*

2. (Fol. 57-61) Passio S. Thomae mart. = *BHL.* 8206.

Sequuntur sex versiculi ed. *Anal. Boll.*, t. VIII, p. 184.

IV. Folia 62-105 (0^{m},216×0,160) exarata saec. XV.

3. (Fol. 67-83^{v}) <Vita S. Evurtii ep.> = *BHL.* 2799.

Deest prologus.

4. (Fol. 93-99) In translatione corporis S. Evurcii = *BHL.* 2801. Mart. 5.

Desunt subscriptiones.

5. (Fol. 99^{v}-103^{v}) Hic continetur qualiter Dominus liberat cotidie unam animam de loco purgatorii ad preces beatissimi Evurcii. Secuntur lectiones in festo translationis capitis eius = *BHL.* 5661.

V. Folia 106-114 (0^{m},217 × 0,161) exarata saec. XIV.

6. (Fol. 106-111^{v}) Legenda S. Aniani ep. = *BHL.* 474.

Reg. 623. **7.** (Fol 111^{v}-113^{v}) Sermo de adventu B. Aniani = *BHL.* 476.

VI. Folia 129-144 (0^{m},217 × 0,157) exarata variis manibus saec. XV.

8. (Fol. 130-142) <Vita S. Aniani>.

Est hic idem libellus qui legitur in cod. 585^{6}, praemisso prologo nullius momenti, at omisso libelli ipsius initio.

Inc. prol. *Venerandi et Deo digni antistitis Aniani miraculorum insignia, quibus eum divina misericordia* — Inc. *Legimus, fratres dilectissimi, Hunorum gentem perfidam temporibus Maioriani imperatoris a finibus suae habitationis progressam in plurimarum gentium pericula desaevisse*—Des. *Dextera tua, Domine, confregit inimicos.* Quae autem sequuntur *(Post multum... collocati)* omissa erant superius (fol. 132^{v}) et hic sunt suppleta.

9. (Fol. 142^{v}-144) Mirabilia gesta regis Roberti de S. Aniano.

Locus exscriptus ex Vita Rotberti regis: *Rex Robertus construxit in urbe Aureliana monasterium... de corde bono* (= *P. L.*, t. CXLI, col. 925 A-927 C). Continuo subiuncta est narratio *BHL.* 477.

VII. Folia 145-150 (0^{m},216 × 0,155) paginis bipartitis exarata saec. XIV (fol. 145-148) et saec. XV (fol. 149,150). Inest officium S. Antonii de Padua, in quo **10.** (fol. 145^{v}-147^{v}) lectiones quae inc. ut *BHL.* 592 vel 593.

11. (Fol. 149-150) <Miraculum imaginis Christi crucifixi Aurelianensis>.

Vid. appendicem XV.

VIII. Folia 151-160 (0^{m},217 × 0,156) exarata anno 1437 iussu Secundini Borrelli civis Astensis (fol. 160^{v}).

12. (Fol. 152-159) Vita et consu<m>matio martyrii S. Secundi martyris, militis incliti, civis Astensis comitisque palatini = *BHL.* 7566.

Praemissus est prologus *De nomine,* qui inc. *Secundus dicitur quasi se condans, id est honestate morum se componens, vel...* et des. *hoc modo prout sequitur in legenda.* Est hic multo amplior quam prologus qui legitur in *Legenda aurea.*

CODEX 630

Membraneus, foliorum 65 (circ. 0^{m},234×0,159), exaratus variis manibus saec. XII.

(Fol. 62-65) Qualiter Tiberius caesar Hierosolymam Volusianum ad Iesum direxit = *BHL.* 4218.

CODEX 631

Membraneus, foliorum 105 (0^{m},247×0,174), paginis bipartitis (praeter fol. 77-88) exaratus variis manibus saec. XII extr.

In interiore parte integumenti in fine codicis vix non delevit quispiam haec manu saec. XIII scripta: *Liber Sancte Marie Longipontis.* REG. 631.

1. (Fol. 77^{v}-88) Vita B. Hugonis Gratianopolitani ep. = *BHL.* 4016.

2. (Fol. 89-99) Vita S. Arnulfi Turonensis archiep. = *BHL.* 706.

CODEX 635

Membraneus, foliorum sign. 17 (0^{m},201×0,147), exaratus saec. XV.

(Fol. 1-16) De S. Mauro legenda = *BHL.* 5773.

Desunt epistula et prologus. — Reliquis omissis, des. *quem ita Deo proximum iam videbat effectum* (=*Act. SS.*, num. 15 extr.). Sunt hae lectiones novem.

CODEX 636

Membraneus, foliorum 47. Constat codice foliorum 1-44 (0^{m},204×0,140) exarato variis manibus saec. XII. Adiectus est codicillus seu folia 45-47 (0^{m},162×0,116) exarata saec. XII/XIII.

Fol. 1-44 exscripti sunt sermones iique fere breves valde, qui ex Vitis sanctorum atque ex homeliis desumpti sunt. Qui cum nullius sint momenti, satis erit paucissimis ea recensuisse quae sunt hagiographica.

1. (Fol. 1) Tiburtii et Valeriani.

2. (Fol. 1-2) Passio S. Georgii mart.

3. (Fol. 2-2^{v}) Vitalis mart.

4. (Fol. 2^{v}) Alexandri, Eventii et Teodori.

5. (Fol. 3) Floriani mart. (Laureacensis).

6. (Fol. 3-3^{v}) Gordiani et Epimachi.

7. (Fol. 3^{v}-4) Nerei, Achillei et Pancratii.

8. (Fol. 4-4^{v}) Victoris mart. Eodem die Coronae virg.

9. (Fol. 4^{v}-5) De S. Petronilla.

10. (Fol. 5-5^{v}) Marcellini et Petri mart.

11. (Fol. 5^{v}-6) Basilidis, Cirini et Naboris.

12. (Fol. 6) Marci et Marcelliani mart.

13. (Fol. 6^{v}) Gervasii et Prothasii.

14. (Fol. 6^{v}-7) Iohannis et Pauli mart.

15. (Fol. 7-8) Iacobi apost. Eodem die Christofori mart.

16. (Fol. 8^{v}-9) In inventione Stephani mart.

17. (Fol. 9-10) Laurentii mart.

18. (Fol. 10) Ypoliti sociorumque eius.

19. (Fol. 11-11^{v}) Bartholomaei apost.

20. (Fol. 11^{v}-12) Augustini ep. (Hipponensis).
21. (Fol. 12-12^{v}) In decollatione S. Iohannis Baptistae.
22. (Fol. 13) <S. Hadriani mart.>
23. (Fol. 13^{v}) In exaltatione sanctae crucis.
24. (Fol. 14) <De S. Cornelio papa>.
25. (Fol. 14-14^{v}) <De S. Cypriano>.
26. (Fol. 14^{v}) S. Mathaei apost. et evang.
27. (Fol. 14^{v}-15) Mauricii sociorumque eius.
28. (Fol. 15-15^{v}) Cosmae et Damiani.
29. (Fol. 32-33^{v}) <De S. Iohanne evang.>
30. (Fol. 35-35^{v}) <De S. Sebastiano mart.>
31. (Fol. 35^{v}-36) <De S. Agnete mart.>
32. (Fol. 36-37) <De S. Vincentio mart.>
33. (Fol. 37^{v}-38) <De S. Polycarpo ep.>
34. (Fol. 39^{v}-40) <Miraculum B. V. Mariae> =*Mir.BVM.* 1492.
35. (Fol. 40-41) <De S. Blasio ep.>
36. (Fol. 41-42) <De S. Agatha mart.>
37. (Fol. 42-42^{v}) <De S. Valentino ep. Interamnensi>.
38. (Fol. 42^{v}-44) <De S. Iuliana v. m. Nicomediensi>.
39. (Fol. 44-44^{v}) <De S. Mathia apost.>

---

40. (Fol. 45-47) <Passio S. Viti mart.>

Inc. *Temporibus Diocleciani imperatoris multas virtutes operatus est beatus Vitus ab infancia sua* — Des. *Quae ab impetu aquae liberata corpora sanctorum cum aromatibus sepelivit.* Cf. *BHL.* 8712, 8713.

CODEX 643

Membraneus, foliorum 35 (0^{m},187×0,139), exaratus saec. X (fol. 1-23) et saec. XV (fol. 24-35).

Fol. 24: *Ex Biblioth. Goldasti.*

1. (Fol. 1-5) Passio sancti ac beatissimi archidiaconi Christi Laurentii = *BHL.* 4754.

2. (Fol. 5-23) Vita S. Genovefae virg. = *BHL.* 3336. Ian. 3.

Foliis inter fol. 22 et 23 perditis, deest pars Vitae inde ab |*messores propter imbrem...* (= *Act SS.*, num. 49) usque ad *incessanter obsecremus fidelissimam Dei famulam Genovefam ut*| (= ibid., num. 55 extr.).

CODEX 644

Reg. 644.

Membraneus, foliorum 127 (0^m,184×0,145), exaratus saec. X/XI.
Erat olim monasterii Floriacensis (cf. fol. 1.)

1. (Fol. 1^v-52^v) Vita beatissimi Mauri, qui a B. Benedicto nutritus atque eruditus... = *BHL.* 5772, 5773.

Adsunt nota lemmata longiora.

2. (Fol. 52^v-83^v) Libellus seriem miraculorum praesentis temporis decurrens, quae per B. Maurum divina operari dignata est maiestas, quaeque ab Odone abbate... = *BHL.* 5775.

Deest inscriptio *(Dilectissimo... subsidium)*.

3. (Fol. 84-106^v) Vita S. Ambrosii Mediolanensis ep. = *BHL.* 377.

4. (Fol. 107-125^v) Vita Gregorii summi pontificis et beatae memoriae = *BHL.* 3640.

CODEX 645

Membraneus, foliorum 70 (0^m,189×0,121), exaratus saec. XI/XII.

1. (Fol. 1^v-40) Vita S. Honorati Arelatensis ep. = *BHL.* 3975.
Ian. 16.

2. (Fol. 40-70^v) Vita S. Hylarii Arelatensis ep. = *BHL.* 3882.

Pagina non impleta et omisso ultimo capite, des. *et qua frueris cum Christo gloria perfruamur* (cf. *Act. SS.*, p. 34, annot. *n*).

CODEX 646

Membraneus, foliorum 59 (0^m,185×0,140), exaratus saec. XII (fol. 1-57) et saec. XI (fol. 58-59).

Fol. 59^v, manu saec. XII : *Hic est liber Sancti Benedicti abbati<s>Flori(acensis) monasterii.* Fol. 57^v, manu saec. XIII : *Liber Sancte Marie de Briostel.*

1. (Fol-1-48^v) Vita S. Dunstani Cantuariensis. archiep. et conf. = *BHL.* 2344.

Omissis ultimis sententiis, des. *redivivo corpore suo cotidie veniret, donante Domino... Amen* (= *Act. SS.*, num. 60 sub fin.).

2. (Fol. 50-57^v) <Passio S. Germani ep. > = *BHL.* 3452.

Foliis perditis, inc. mutila : *Completa beatissimus Germanus Altissiodorensis episcopus sacra circuitione, dum ad propriam civitatem redire disponeret...* (= *Act. SS.*, num 5. sub init.).

3. (Fol. 58-59) Vita S. Pauli confessoris summique Britanniae praesulis = *BHL.* 6586.

Reg. 646. Foliis ante et post folium 58 perditis, supersunt solae duae particulae inde ab *Paule frater, donec huc venisti* (= *Act. SS.*, num 36 sub in.) usque ad *mentio inaudita* (=ibid., num. 38, l. 3) et ultimae sententiae inde ab *sancti corporis feretro, in ipsius sancti electione...*

CODEX 647

Membraneus, foliorum 96 (0^m,180×0,126), exaratus saec. IX.
Fol. 2: *Alexander Pauli filius Petavius senator Parisiensis anno 1647.*
Prima folia, praesertim folium 1, temporis iniurias passa sunt.

1. (Fol. 1-18^v) Vita B. Filiberti = *BHL.* 6805.

Foliis perditis, inc. mutila |*x ut ipse benedictionem super caput ipsius tradidit...* (= *Act. SS.*, num. 15 sub fin.).

2. (Fol. 18^v-96^v) Miracula S. Filiberti ab. atque conf. Christi = *BHL.* 6808, 6809.

Foliis perditis, des. *se particulam habere scalae superius dictae adfir*| (= *Act. SS.*, num. 57 med.).

CODEX 648

Foliorum 60 (circ. 0^m,175×0,135), partim chartaceorum (fol. A, B et 1-6), partim membraneorum (fol. 7-60), exaratus saec. XVI (fol. 1-5) et saec. XII/XIII (fol. 7-60).
Videtur fuisse olim Sancti Remigii Remensis (fol. B. et 1).

1. (Fol. 7-23) <Liber de ortu B. Mariae et de infantia Salvatoris> = *BHL.* 5334.

2. (Fol. 23-27^v) <Tractatus de pueritia Iesu Christi secundum Thomam>.

Tischendorf, *Evangelia apocrypha*, 2ª ed., p. 164-80.

3. (Fol. 27^v-44) <Evangelium Nicodemi>.

Ibid., p. 335-416. — Inc. *Factum est* — Des. *in praetorio meo*.

4. (Fol. 44^v-48) <Cura sanitatis Tiberii> = *BHL.* 4218.

Inc. *Eo tempore quo Tyberius caesar gubernaret imperium et Claudium successorem rei puplicae delegisset, necesse fuit ut in partes Ierosolimorum virum prudentem dirigeret ut Iesum Christum posset videre Tiberius...*

Sequuntur (fol. 48^v-50) narratiunculae aliquae de Nerone et de Domitiano, quae ad rem nostram non faciunt.

5. (Fol. 50-57^v) <Vita B. V. Mariae>.

Inc. *De domina et vera Dei genitrice semperque virgine Maria multipharie praecesserunt olim doctoris* — Des. *ut praedicto domino nostro Iesu Christo non dissona esset, cui est honor... Amen.*

CODEX 657

Reg. 657.

Membraneus, foliorum 138 (0^m,167×0,125), exaratus saec. XIV. Aliquot folia lacera sunt.

(Fol. 1-37) Actus Ka(roli Magni) regis incliti = *BHL*. 1590-1594, 1596, 1597.

Paucis omissis, paucis additis.

CODEX 669

Membraneus, foliorum 57 (0^m,172 × 0,111). Constat duobus codicibus exaratis saec. X extr. (fol. 1-13) et saec. XII (fol. 14-56). Folii 56 non superest nisi fragmentum.

1. (Fol. 1-13v) Conversatio et actus beatissimi atque sanctissimi confessoris Maximini = *BHL*. 5817.

Deest carmen.—Post prologum, omissa prima sententia, Vita inc. *Fuit enim isdem saepe nominandus Maximinus soli cordium inspectori Domino...*

2. (Fol. 53-54) <Miracula B. Eugenii III papae> = *BHL*. 2675.

CODEX 694

Membraneus, foliorum 118 (0^m,299 × 0,213), paginis bipartitis exaratus saec. XIII in.

Erat olim *Liber sancte Marie de Cupre* [in Scotia] (fol. 1, saec. XIII).

1. (Fol. 110-111) <Epistula Cuthberti de obitu Bedae> = *BHL*. 1068.

Des. *ineruditio linguae facit. Vale.*

2. (Fol. 112v-118) Purgatorium S. Patricii et de paradyso terrestri.

Inc. (sine prol.) ut *BHL*. 6511. — Reliquis omissis, des. *quatinus huiusmodi quem ipse consuleret sibi religionis habitum susciperet. Explicit narratio de penis infernalibus et de paradysi deliciis.*

CODEX 703 B

Membraneus, foliorum sign. 57-108 (0^m,258 × 0,180), exaratus saec. XII. Prima folia 1-56 sunt iam codex Reg. 703.

Fol. 108v, manu saec. XV : *Iste liber est de abbatia Sancti Stephani de Cadomo in Normannia, ordinis sancti Benedicti, Ba(iocensis) diocesis.*

Totus phototypice descriptus est Parisiis anno 1902 in volumine cui titulus : *Orderici Vitalis... Historiae ecclesiasticae libri VII et VIII e codice Vaticano Reg. 703 A.*

Post quos libros (fol. 57-100v) alia quaedam subiuncta sunt, inter quae

 (Fol. 100^v-101) <Narratio de S. Michaele archangelo>.

Inc. *Memorari et recitare decet memoriam sancti Michaelis, fratres karissimi* — Des. *Cuius gratia victoriae multas virtutes et signa et mirabilia ibi perficere praestat cotidie Dominus ad laudem... Amen.* Narratur illa victoria qua Michael *in specie alitis praeclari cum gladio ignito* (cf. supra, p. 369^{15}) ingentem draconem *in dexterali parte Asiae,* petentibus loci incolis, interfecerit.

CODEX 705 I

Membraneus, foliorum sign. 1-29 [fol. 1 bis] (0^m,278×0,199), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

1. (Fol. 4-9^v) Haec sunt nomina sanctorum quorum corpora Lemovicensem dyocesim ornant.... Item nomina quorundam sanctorum qui sunt de Lemovicensi dyocesi oriundi... = *BHL.* 4815, 4816.

2. (Fol. 28^v-29) <De S. Iacobo fratre Domini> = cod. Palat. 965^3.

CODEX 711 II

Membraneus, foliorum sign. (28)-114; folia siquidem 1-27 iam efficiunt codicem 711 I. Constat simul collectis plurimis fragmentis exaratis saec. X-XIV.

Folia 38-45 (0^m,267×0,198) exarata saec. X. Est hic quaternio XXII codicis 318, olim Floriacensis.

1. (Fol. 38-40) <Passio S. Cypriani> = *BHL.* 2041.

Foliis perditis, inc. mutila: *coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens...* (*P. L.*, cap. 7 extr.) — Reliquis omissis, des. *et hi[c] erant cotidiani actus destinati ad placentiam Dei* (ibid., cap. 15 in.).

2. (Fol. 40-41) XV. Passio ss. episcoporum Cypriani atque Cornelii martyrum = *BHL.* 2040.

3. (Fol. 41-43^v) XVI. Vita beatissimi Apollinaris ep. ecclesiae Valentinae super fluvium Rodani = *BHL.* 634.

4. (Fol. 43^v-45^v) XVII. Vita S. Maximi Regensis Urbis ep. = *BHL.* 5853.

Des. hic: *et suscitatum pristinae saluti restituit. Tunc omnis* | Reliqua vid. in cod. 274^1.

Folia 50-89 (circ. 0^m,270×0,190) exarata saec. XII.

5. (Fol. 50-63) Vita beati et gloriosi confessoris Christi Servatii Tungrensis ep. = *BHL.* 7633, 7634.

6. (Fol. 63-85) Miracula eiusdem gloriosi confessoris = *BHL.* 7635-7637. Reg. 711 II.

7. (Fol. 85-86v) Passio S. Nichasii Remensis archiep. et mart.

Epitome, quae inc. ut *BHL.* 6076 et des. *Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.*

8. (Fol. 86v-88) Passio S. Columbae virg. = *BHL.* 1895.

9. (Fol. 88-89) Translatio S. Aygulfi mart. = *BHL.* 194.

Omissa priore parte Vitae, inc. *Post triumphum beati Aigulfi monachi et martyris monasterio Lirinensi, cui pater praefuerat, substitutus est vir venerandae vitae, Rigomirus nomine, cui decessu sancti viri nuntiato, tam ipsi quam fratribus...* (= *P. L.*, cap. 24 med.).

Folia 90-93 (0^m,268×0,190) paginis bipartitis exarata saec. XI, additis quibusdam manu saec. XI et XII (1).

Erant olim monasterii Sancti Maglorii Parisiensis (cf. fol. 90, 92 etc.).

10. (Fol. 90v-91v, saec. XI) Qualiter domnus abbas Odilo migravit ad caelos et de virtutibus eius = *BHL.* 6280.

In codice, uti et in editis, clauditur epistula brevi sententia (*Haec de miraculis... referuntur. Valete*) atque subiuncta est appendix de electione abbatis Hugonis (*De electione... ei conceditur et donatur*). Ex quibus corrigenda est *BHL.* l. c.

Folia 94-103 (0^m268×0,195) exarata saec. X.

Est hic quaternio XI codicis 318, olim Floriacensis.

11. (Fol. 96v-103v, alia manu saec. X) VII. Rythmus Einhardi viri eruditissimi de passione Christi martyrum Marcellini et Petri = *BHL.* 5232.

CODEX 712

Membraneus, foliorum 99 (0^m,276×0,178), paginis bipartitis (praeter fol. 1-6) exaratus saec. XII extr.

(1) Fol. 92 recensentur *reliquiae quae habentur in ecclesia Beati Maglorii*. Fol. 92v descripta est haec benedictio : † *In nomine sancte et individue Trinitatis. In monte Celio, ubi requiescunt sancti Septem Dormientes, id est Malcus, Maximianus, Martinianus, Dionisius, Iohannes, Serapion et Constantinus, quorum meritis et precibus requiescat et dormiat iste Dei famulus* (*vel famula* add. sup. lin.). Cf. A. Franz, *Die kirchlichen Benediktionen im Mittelalter* (Freiburg im Br., 1909), in quo amplo opere duae quidem editae sunt benedictiones contra febres sub invocatione Septem Dormientium (t. II, pp. 480, 482), nulla autem ad somnum conciliandum.

Reg. 712. Fol. 1, manu saec. XV : *Liber Sancti Quintini de Monte. Iehen Delortail fist cheste letre en lan XVI, le mardi devant le saint Benoit.*

(Fol. 92-93) Lamentatio de morte Karoli comitis Flandriae = *BHL.* 1576.

Nuper ex hoc codice iterum edita est a L. Halphen, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire publiés par l'École française de Rome,* t. XXV (1905), p. 119-25.

CODEX 718

Membraneus, foliorum 237 (0^{m},275×0,185), exaratus saec. XII.

(Fol. 230-237) <Passio S. Ursulae et sociarum eius> = *BHL.* 8428-8430.

CODEX 755

Membraneus, foliorum 1-99 (0^{m},293×0,238), exaratus variis manibus saec. IX extr. et X. Adiecta sunt folia 100-106 (0^{m},288×0,206) exarata saec. XII.

(Fol. 101-105) Vita S. Bertae = *BHL.* 1266.

Deest prologus.

CODEX 768

Membraneus, foliorum A et sign. 3-213 (0^{m},320×0,211), perbelle exaratus saec. XV.

Fol. 3 : εἷς ἀτυχῶ λίαν εὐτυχῶ. *P. Petavius.* Fol. A^{v} : *P. P. Genabensis.*

(Fol. 158-172) Caroli Magni Vita a Donato Acciaiolo Florentino composita = *BHL.* 1617.

CODEX 807

Membraneus, foliorum 77. Constat aliquot codicillis simul conglutinatis.

I. (Olim 1388 ; F. 28) Folia 1-21 (0^{m},180×0,119) exarata saec. XII.

1. (Fol. 6-18^{v}) <Vita S. Mariae Aegyptiacae> = *BHL.* 5419.
2. (Fol. 18^{v}-20^{v}) <Conversio B. Thaisis> = *BHL.* 8019.

CODEX 817

Membraneus, foliorum 35 (0^{m},220×0,155), exaratus saec. XV in.

(Fol. 1-10^{v}) Religiosi viri Dei Iohannis de Columbinis ex civitate Senarum memorandae vitae ac praeconiis efferendae series incipit brevi annotata compendio = *BHL.* 4384.

CODEX 848

Membraneus, foliorum 133 (0^{m},24×0,19), exaratus saec. X.

(Fol. 113-116^{v}) <Gesta Liberii papae> = *BHL.* 4907.

CODEX 944

Membraneus, foliorum 107 (0^{m},341×0,227), variis manibus exaratus saec. XII. Erat olim **** *SS. Petri et Asterii* (fol. 107^{v}, saec. XIII in.).
Fol. 4 : *Alexander Pauli filius Petavius senator Parisiensis.*

1. (Fol. 98^{v}-100^{v}) Passio sanctae et gloriosae imaginis Domini et Salvatoris nostri, quae a fidelibus colitur V idus novembris.

Recensio de qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 94^{88}.

2. (Fol. 101-103^{v}) Passio S.Georgii mart.= *BHL.* 3388. April.23.

3. (Fol. 104-104^{v}) Passio S. Caprasii mart. (Aginnensis). Oct. 20.

Inc. *Quoniam Domino Deo nostro gratum esse constat, qui per spalmographum praecipit ut laudemus eum in sanctis suis... Hic etenim beatissimus vir tempore persecutionis, saeviente insania augustorum* —Des. *gloriam a domino nostro Iesu Christo sine fine possidendam accepit. Cuius meritis et intercessione det nobis in aeterna beatitudine gaudere qui gloriatur in sanctis suis... Amen.*

4. (Fol. 104^{v}-107) Passio sancti ac beatissimi Christofori mart. = *BHL.* 1772. Iul. 25.

Inc. *Sanctus Dei Christoforus, dum intentus...*

CODEX 946

Membraneus, foliorum 75 (0^{m},300×0,222), magnam partem (fol. 1-71) exaratus paginis bipartitis saec. XIV.

Reliqua, quae codici postea accesserunt, saec.XII descripta sunt in Normannia, et quidem fol. 75 manu anglosaxonica.

(Fol. 11-22^{v}) Historia Karoli Magni = *BHL.* 1589-1594, 1596.

CODEX 980

Membraneus, foliorum 1-4, 7-42. Constat simul collectis aliquot fragmentis exaratis saec. IX extr.-XV.

Folia 11 et 12 (0^{m},335×0,263) exarata saec. XV.

Insunt sex narrationes. Prima (de S. Bandarido ep. Suessionensi) inc. mutila : *sepulturam et in dextera parte altaris Sancte Marie in predicto cenobio sanctorum Christi martyrum...* (cf. *BHL.* 912, num. 24).

REG. 980. 2^a DE S. WALDEBERTO EP. *Hic beatissimorum Faronis et Canoaldi praedictorum frater praeclaris progenitus exstitit parentibus...*

3^a ADHUC DE PRECONIO URBIS LAUDUNENSIS.

Matrobius pretor, Bibrax, tua menia iecit...

4^a) DE S. ARNULPHO EP. (METTENSI) ET CONF. *Hic S. Arnulphus sub hoc tempore fuit prosapia genitus Francorum...*

5^a) DE S. BERTULPHO AB. *Sub hoc tempore fuit sanctus Bertulphus. Hic consanguineus beati Arnulphi Metensis episcopi fuit...*

6^a) DE S. REMACLO EP. *Hoc tempore beatus Remaclus ex Aquitanniae partibus oriundus fuit* — Des. *sollicitus exhiberet. Post aliquam*|

Folia 15 et 18 (0^m,361×0,245) paginis bipartitis exarata saec. XII.

(Fol. 18^v et 15-15^v) <Vita Sigiberti III regis> = *BHL.* 7711.

Folium 41 (0^m,348×0,256) exaratum saec. XII. Inest index cuiusdam legendarii, in quo descripti erant 52 libelli de sanctis qui mense ianuario coluntur. Inc. *Kal. ian. I. Vita S. Basilii ep.* [*Caesariensis*] — Des. *III kal. febr. LII. Passio S. Ananiae cum aliis octo.*

CODEX 1025

Membraneus, foliorum 211 (0^m,273×0,222),paginis bipartitis exaratus saec.XI.
Fol. 1, manu saec. XIII : *Iste liber est propri. Sancte Trinitatis Vindocinensis ;* cf. fol. 2.
Fol. 1 : *Bourdelot* et *Volumen LXXXIX non Petavianum. 1656.*

1. (Fol. 116-121) Passio ss. mm. Alexandri papae, Eventii et Theodoli = *BHL.* 266. Maii 3.

2. (Fol. 121) Gregorius Turonensis.

Immo *Liber pontificalis* de S. Alexandro papa.

3. (Fol. 121-129) Passio S. Caeciliae virg. = *BHL.* 1495. Nov. 22.

4. (Fol. 129-132) Passio S. Agnetis virg. edita a S. Ambrosio ep. = *BHL.* 156.

5. (Fol. 132-133^v) Sermo B. Maximi ep. in natali S. Agnetis = *BHL.* 158a.

6. (Fol. 133^v-134^v) Item in natali eiusdem cuius supra. Sermo B. Ambrosii ep. = cod. Urbin. 41^2.

7. (Fol. 134^v-137) Passio S. Agathae virg. et mart. = *BHL.* 135. Febr. 5.

8. (Fol. 137^v-156^v) Vita S. Augustini ep. conscripta a Possidio ep. = *BHL.* 785, 786.

Des. elenchus 786, ultimis verbis omissis : *Ad Dulcitium liber I. De continaentia liber unus.*

Fol. 156^v scribi coepta sunt capitula Vitae S. Columbani, quae postea plenius et partim aliter sunt scripta fol. 157^v-158.

9. (Fol. 157-174) Vita S. Columbani ab. = *BHL.* 1898. Reg. 1025.

10. (Fol. 174-175^v) Vita S. Alexis conf. = *BHL.* 286.

11. (Fol. 176-179) Vita S. Albini ep. edita a Fortunato = *BHL.* 234. Mart. 1.

12. (Fol. 179-183) Sermo de S. Albino.

Inc. *In beati huius patris nostri Albini festivitate omnibus quidem congratulandum est fidelibus, sed huic nostrae urbi dignior est causa profusius gaudendi, cuius ille, dum in vita peregrinatus est ista, prudens doctor et fidelis fuit pastor* — Des. *tuis apud Iesum Christum Dominum benemeritis precibus obtine, qui cum Patre... Ameñ.* Est hic sermo dicendus *in solemnitate quam de venerabili corporis eius translatione annua recolimus devotione* (fol. 179^v); qui totus continetur in mera laudatione.

13. (Fol. 183-188) Miracula S. Albini post obitum eius patrata. Praemissus est prologus bene longus (fol. 183-184), qui inc. *A sapientibus requirenda essent et eruditis viris quae a me rudi homunculo ac omnigenae philosophiae ignaro, patres dilectissimi et domini mei, totius sanctitatis habitu cultuque venerandi, obnixius poscitis, ut beatissimi videlicet Albini confessoris atque pontificis praeclara miracula, quae per eum Dominus modernis temporibus operatus est, meo studio vel pauca ex pluribus litteris tradam...* Haec autem dicit esse miracula *quae fidelium didicistis relatione quaeque vos ipsi meruistis videre*. Desinit prologus, qui ceterum totus est in locis communibus evolvendis: *Pauca autem quae referam fidelibus viris narrantibus agnovi, quorum grandaevitati atque sanctitati me oportuit fidem praebere ac si mihi ipsi ea propriis oculis contigisset videre. Quae rustico stilo ea ratione denotabo ut, si alicui licuerit urbano, sine mea invidia sermone adornet compto.*

Incipit libellus: *In scriptis suis, quae nunc miraculorum libri nuncupantur, beatus Gregorius Turonensis duo sancti Albini miracula ita strictim atque compendiose notavit ut vix a legentibus intelligi queant. Haec ego vestrae, ut potero, iussioni satisfaciens paulo latius, quatinus simplicioribus pateant, edita huic opusculo inserere disposui. In primo tamen miraculo propria illius verba maxima ex parte sequar. Quod suae narrationis sic sumit exordium : Sanctus Albinus Andecavensium pontifex egregius, cuius nobiles actus...* Sequuntur ipsa miracula *BHL*. 235, omisso solo *Amen*, tum miracula *BHL*. 236, num. 1-14. His autem praemissa sunt ista : *Eas sancti pontificis, quas relaturus sum, virtutes religiosorum virorum aetate, sancto habitu, sacerdotali etiam ordine praeditorum narratione didici ; de quorum dictis eorum maturitas non nos sinit ambigere, praesertim cum ipsi visa potius quam audita referant. Quos etiam veritatis novi sic cultores exsistere, qui omnino de talibus mallent tacere quam fictis miraculis con-*

Reg. 1025. *tra veritatem membrum veritatis laudare. Sciunt namque scriptum quia os quod mentitur occidit animam.*

In territorio igitur Andecavensi...

Reliqua narrantur servatis fere ipsis verbis libelli editi, paulo tamen longius, quibusdam ampliore sententia explicatis (1), addita etiam subinde quadam pia dissertatione (2). In *BHL.* 236, num. 11, nihil omnino deest de his quae scriptor in editis de se profert atque adest ipsa sententia *Et licet... scripsi,* nihil immutata. In fine huius num. 11 addita est longior clausula cum *Amen.*

14. (Fol. 188-188v) De Normannis praedonibus virtute S. Albini devictis = *BHL.* 236, num. 12-14.

Inc. *Nec terra...* — Des. *cum sacrificio laudis.* Quaedam hic etiam verba addita sunt, sed ea pauca.

15. (Fol. 188v-197v) Sermo S. Hylarii habitus in depositione sanctae memoriae domni Honorati ep. = *BHL.* 3975. Ian. 16.

16. (Fol. 197v-209) Passio sive miracula sancti ac beatissimi Iuliani mart. edita a B. Gregorio Turonensium praesule, peculiari patrono suo = *BHL.* 4542, 4541.

Libelli 4542 omissa sunt tum initium c. 1 (inc. in codice : *Caput vero eius Ferreolus martyr accepit...*), tum caput 3.

17. (Fol. 209-211v) Passio S. Piati mart. = *BHL.* 6845.

Foliis perditis, des. mutila : *Excaecavit enim vos infidelitas cordis*| (= *Act. SS.*, num. 8 extr.).

CODEX 1116

Idem iam est codex 122, de quo supra, p. 306-7.

CODEX 1118

Membraneus, foliorum 23 (0m, 349 × 0,244), exaratus saec. XV/XVI.
Fol. 1 : *Alexander Petavius senator Parisiensis. 1645.*

(1) Exemplo sit hic locus num. 3 ; in quo animadvertimus maiorem in codice quam in editis curam esse habitam ut enuntiata syllabis consonis terminarentur.

Ed. *Amelina namque puella quaedam in saeculo nobilis, soror cuiusdam Elinami militis, in Britanniae confinio apud Credonense castrum manentis, diu fuerat a daemone vexata.*	Ms. *Amelina namque quaedam puella secundum seculum nobilis, soror cuiusdam Helimanni militis, in Credonensi castro manentis, in confinio Britannicae regionis, longo fuerat tempore vexata ab inimico humani generis.*

(2) Sic post num. 3 legitur longus sermo pius, qui inc. *Nihil enim, fratres karissimi, tam contrarium est malignis spiritibus quam humilitas...*

1. (Fol. 1-12) Legenda S. Huberti = *BHL.* 3994. Reg. 1118.

Des. hic (sed cf. **2**) : *praerogativa signorum commendabat* (= *Act. SS.*, num. 23 extr.). Pro priore autem parte capitis I (*Post gloriosum ...templum herile*) descriptae sunt multis verbis (fol. 1-3^v) fabulae illae recentiores quae paucioribus verbis narratae sunt in Vita *BHL.* 4002, num. 1-11. Inc. *Tempore quo Sergius papa vitae merito Romanam ecclesiam provide gubernabat...*

2. (Fol. 12-16) Translatio corporis eius ad Andaginum, ubi nunc est = *BHL.* 3994, 3995.

Ea quae leguntur in *Act. SS.*, num. 24-27, 29-34.

3. (Fol. 16-23^v) Miracula eiusdem beatissimi Huberti = *BHL.* 3997.

CODEX 1119

Membraneus, foliorum 28 (0^m,342 × 0,245), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

Fol. 28, manu saec. XV : *Pro priore de Campis prope Parisios.*

(Fol. 1-27^v) Epistola B. Eusebii ad B. Damasium Pontiniensem episcopum et ad christianissimum Theodonium Romanorum senatorem de morte gloriosisimi doctoris eximii = *BHL.* 3866.

CODEX 1127

Membraneus, foliorum A et sign. 165 (0^m,374×0,315), paginis bipartitis exaratus post med. saec. IX. Addita sunt manibus posterioribus quaedam pauca.

Erat olim coenobii Sancti Eparchii Engolismensis, inde vero ab anno 1647 Alexandri Petavii (fol. A et 1).

(Fol. 162-163^v) Passio ss. mm. Septem Dormientium, qui passi sunt sub Detio imperatore = *BHL.* 2313.

Inc. *Cumquae* (*per* add. al. m. sup. lin.) *universum orbem...*

CODEX 1267

Membraneus, foliorum sign. 152 (0^m,260×0,192). Constat codice saeculi XIII extr. (fol. 1-135) et aliquot codicillis exaratis saec. IX/X-XII.

Fol. 151^v, manu saec. XIV : *Liber ecclesie maioris Ben(eventa)ne.* Fol. 1 *Bourdelot.*

(Fol. 141^v-142^v, rudi manu beneventana saec. X) Versus Marci poetae de S. Benedicto = *BHL.* 1103.

Reg. 1283.

CODEX 1283

Membraneus, foliorum 153. Constat simul collectis multis fragmentis exaratis saec. X-XV (1).

Folium 66 (0^m,329 × 0, 232) exaratum duabus manibus saec. X.

(Fol. 66-66^v) Passio ss. mm. Dionysii ep., Rusticі presb. et Eleuteri diac. = *BHL.* 2178.

Foliis perditis, des. mutila: *disponeret in exemplo omnibus declarare, contigit Philippum*| (= *Act. SS.*, num. 4 sub init.).

CODEX 1357

Membraneus, foliorum 181 (0^m,200 × 0,098), belle exaratus saec. XII.
Codex madore corruptus est.
Continet Rodulfi Tortarii opera, inter quae

1. (Fol. 146-161^v) Passio B. Mauri = *BHL.* 5790.

Des. *Mille sui versus sua demant crimina mille,*
Sepcies et deni cum centum caetera tergant.
Sequitur (fol. 161^v-164^v) " Himnus in eius honore „ qui inc. *Gloriae splendor decus et paternae...*

2. (Fol. 164^v-178^v) Miracula patris Benedicti = *BHL.* 1130-1134.

Des. pars IV : *Redde, pater, laesum ; sospes abisque oculum.*

CODEX 1555

Chartaceus, foliorum sign. 229 (0^m,213 × 0,144), variis manibus exaratus saec. XV et saec. XV/XVI.

1. (Fol. 34-47) Vita S. Hieronymi collecta ex tractatibus eius, Augustini, Damas[c]i, Gregorii, Gelasii et aliorum patrum = *BHL.* 3873.

2. (Fol. 216-220^v) Vita S. Macharii Alexandrini episcopi per S. Hieronymum edita = *BHL.* 5097.

Praemissus est prologus libelli *BHL.* 6525.

CODEX 1575

Membraneus, foliorum 106 (0^m, 222 × 0.153), paginis bipartitis exaratus saec. XIII.

(Fol. 34-40^v) Epistola B. Hieronymi presb. de vita et exitu S. Paulae = *BHL.* 6548.

(1) Folia antiquissima 92-94 ab hoc codice remota sunt atque his constitutus codex 1283 B.

CODEX 1578

Reg. 1578.

Membraneus, foliorum 113. Constat aliquot codicillis simul conglutinatis, qui exarati sunt saec. XI-XV.

II. Folia 47-50 ($0^{m},22\times0,15$) exarata saec. XII.

1. (Fol. 49-50^{v}) <Epistula de scribenda vita B. Petri ep. Tarentasiensis> = *BHL.* 6772.

2. (Fol. 50^{v}, 47-48^{v}) <Vita B. Petri Tarentasiensis ep.> =*BHL.* 6773.

Supersunt pars prior prologi (usque ad *Necdum cessat* <*Iacob*> *luctator strenuus et fidelis vari*|), tum num. 5 extr. (|*nubes, sic verba detractoria...*) usque ad num. 8 extr. (... *inter frigoris et laboris*|).

V. Folia 87-105 ($0^{m},213\times0,144$) exarata Parisiis a Guidone Clerici anno 1402 (fol. 105^{v}). Insunt

3. (Fol. 87-92, 92-102^{v}, 103-105^{v}) epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3867, 3866, 3868, multis omissis.

CODEX 1612

Chartaceus, foliorum A et sign. 182 ($0^{m},207\times0,139$), exaratus variis manibus saec. XV.

Fol. 1: *Volumen XLVI non Petavianum. 1656.*

(Fol. 26-39) Cl. Guarini Veronensis... Vita et actus B. Ambrosii = *BHL.* 379.

Inc. (post prol.) *Valentinianus post Ioviani obitum.* — Des. *Demum ad profundam provectus senectutem dierum plenitudine confectus quievit in pace. In Mediolanensi situs ecclesia veram de se memoriam vita et sancte factis dereliquit. Quorum imitatores et nos evadere utinam digni efficiamur pariaque illi praemia et coronas assequi, gratia... Amen.*

CODEX 1793

Foliorum 49 ($0^{m},210\times0,162$). Constat simul conglutinatis duobus codicillis.

I. Folia 1-20, membranea, exarata saec. XIV extr.

Insunt **1.** (fol. 1-4, 4-20^{v}) epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3867, 3868.

II. Folia 21-49, chartacea, exarata saec. XV.

Inest initium operis Iohannis Andreae quod inscriptum est *Hieronymianus*, et quidem **2.** (fol. 24-49^{v}) pars prior libri II seu *BHL.* 3876.

CODEX 1794

Chartaceus, foliorum 82 ($0^{m},195\times0,132$), exaratus saec. XVI.

Reg. 1794. **1.** (Fol. 1v-17v) Passio S. Fortunatae virg. et mart. = *BHL.* 3081.

Deest prologus. Sequitur officium de eadem sancta.

2. (Fol. 29-36) Legenda S. Gaudiosi ep. et conf. = *BHL.* 3280.

3. (Fol. 36-48v) Alia legenda B. Gaudiosi ep. et conf. = *BHL.* 3281.

Sequitur officium eiusdem sancti.

CODEX 1838

Chartaceus, foliorum 111 (0^m,208×0,156), exaratus variis manibus saec. XV.

(Fol. 67v-68) Epitaphium gloriosi Simonis Tridentini novi martyris = *BHL.* 7772.

CODEX 1848

Chartaceus, foliorum A et 87 (0^m,271×0,183), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

Insunt capita 42 exscripta ex *Legenda aurea*, neque ea integra.

CODEX 1864

Membraneus, foliorum 80 (0^m,222×0,153), exaratus variis manibus saec. XI et XI/XII.

Erat olim Sancti Medardi Suessionensis (cf. lemmata **1**, **7** et libellum **8**).

Fol. 1: *Alexander Pauli filius Petavius senator Parisiensis anno 1647.*

1. (Fol. 1-12v) Relatio translationis omnium sanctorum hic quiescentium.

Sunt lectiones duodecim, in quas divisi videntur aliquot sermones in laudem sanctorum in Suessionense Sancti Medardi monasterium translatorum. Hi autem sermones vix non in solis laudibus continentur. Unde paucis eos recensebimus, annotatis omnibus quae ad rem historicam pertineant.

Inc. lectio I. *Omnium sanctorum dominorum nostrorum hic quiescentium merita veneranda divinae virtutis potentia sublimata praesentis diei praecipua manifestant sollempnia...*

Lectiones II et III = *BHL.* 7548. Additae sunt duae sententiae: *Offeruntur et iacent velut hostia placabilis in odorem suavitatis ante conspectum altaris beatae et gloriosae Dei genitricis et perpetuae Virginis. Adest mater totius consolationis et pietatis, adest mater imperatoris aeterni et omnium conditoris supplicibus suorum votis, sanctorum hic quiescentium suffragantibus meritis; quorum sacra memoria digne recolitur in his sacris sollempnibus festis.*

Inc. lectio IV : *Causam et propositum hodiernae festivitatis decorat in primis defensio incliti Sebastiani martyris....* REG. 1864.

Inc. lectio V : *Huic athletae Dei, viro scilicet inclito beato Sebastiano, tam fidei virtute quam passionis in certamine socius concordat iuvenis pulcherrimus, sed mente pulchrior, sanctus Tiburtius....*

Inc. lectio VI : *Ob confirmandam rationem hodiernae festivitatis digne et laudabiliter recolitur memoria sancti et omnifaria laude dignissimi, pretiosi videlicet Cristofori martyris...*

Inc. lectio VII : *Nunc adhuc de tam pùlcra loqui festivitate congaudemus et beati Laurentii martyris insignitam triumphis simul et conspicua portione illustratam sui sanctissimi corporis certissime credimus...*

Inc. lectio VIII : *Sanctis qui pro Christi nomine diversa perpessi sunt tormentorum genera...* Recensentur autem SS. Sebastianus et Tiburtius, Marcellinus et Petrus, Marianus, Pelagius et Maurus atque Florianus cum sex fratribus martyres *in civitate Mauritaniae Agubia,* Fabianus papa *cuius venerabile caput intra secreta latet sanctuarii huius ecclesiae,* Calixtus papa *cuius brachium omnibus nobis datur ad opus fortitudinis,* Abdon et Sennes, Marius, Martha, Audifas et Abacuc, Marcellianus et Marcus, qui omnes *pro parte maxima in praesenti ecclesia depositi* affirmantur...

Inc. lectio IX : *Gloria solempnitatis hodiernae cum gaudio suscipiatur praesentis ecclesiae ; sancti quoque Gregorii merita prosequantur devotissime...*

Inc. lectio X : *Testis adest, dilectissimi, divinae misericordiae dies iste consolationis et defensionis nostrae ; testis adest, inquam, supernae pietatis ipsa preciosa confessio gloriosi patris nostri, videlicet Medardi summi pontificis...*

Inc. lectio XI : *Christi sacerdotes confessores atque pontifices hac in domo Domini suos in cinerès quiescentes...* Recensentur Gregorius papa, Medardus, Gildardus *praefati sancti Medardi germanus,* Remigius episcopus Rotomagorum, Onesimus, Serenus confessores.

Inc. lectio XII : *Inter angelicas caelestis paradysi delicias* — Des. *lupos et bestias superantes, sine fine gaudentes per omnia saecula saeculorum... Amen.*

2. (Fol. 13-18v) <Translatio SS. Tiburtii, Marcellini, Petri et aliorum> = *BHL.* 8286.

Deest lemma. Foliis perditis, des. mutila : *eiusdem martyris Christi Sebastiani singulariter* (=*MG.*, Scr. t. XV, p. 395, l. 43).

3. (Fol. 19-26) Vita S. Maximi ep. = *BHL.* 5853. Nov. 27.

Deest epistula.

4. (Fol. 27-37) Vita vel actus sancti ac beatissimi peculiaris patroni nostri Leutfredi confessoris Christi = *BHL.* 4899. Iun. 21.

5. (Fol. 37-38) <Miracula S. Leutfredi> = *BHL.* 4901.

REG. 1864. **6.** (Fol. 38-38^{v}) <Translatio S. Leutfredi> = *BHL.* 4900.

7. (Fol. 38^{v}-40) Miraculum sanctorum hic quiescentium = *BHL.* 7549.

8. (Fol. 40-43, saec. XII) <Monachi Suessionensis narratio de dente S. Iohannis evangelistae ad Sancti Arnulfi Mettensis servato>.

Vid. appendicem XVI.

9. (Fol. 44-61) Vita sive transitus sanctissimi Aegidii ab. = *BHL.* 95. Sept. 1.

10. (Fol. 65^{v}-67^{v}) Sermo S. Athanasii Alexandriae de mirabilibus quae fecit imago Domini nostri moderno tempore in Biritho civitate = *BHL.* 4230. Nov. 9.

11. (Fol. 68^{v}-72^{v}) Publica paenitentia Theophili, qui Christum abnegavit et B. Mariae interventu veniam promeruit = *BHL.* 8122.

12. (Fol. 73^{v}-80^{v}) Illatio patris Benedicti = *BHL.* 1122.

Exscripta est ipsius opusculi 1122 pars prior vix non tota usque ad : *te donante accepimus* (= MABILLON, c. 9 extr.). Sequitur (fol. 77^{v}-78) brevis narratio,id est primae sententiae libri II miraculorum *BHL.* 1125, quibus quasi clauditur illa pars *(Praesentes itaque tanto miraculo corroborati... Nimirum ergo favorabili divinae dignationis praesagio... locum illum resarcire atque in pristinum enceniare modum curaverunt).*

Deinde, his praemissis : *Hactenus dixisse sufficiat quam ob causam tanti patris sollemnitas in diebus dominici adventus, videlicet pridie nonas decembris, a Galliarum populis celebretur. Nunc deinceps prosequar cur eadem sollemnitas Illatio dicatur. Temporibus Pipini regis Francorum frater eius Karlomannus, relicta parte regni quae sibi obvenerat hereditario iure, in Cassini monasterio ob intuitum retributionis vitae aeternae sanctae conversationis habitum accepit...*, multo pluribus narrata sunt ea quae leguntur in edita parte posteriore libelli *BHL.* 1122, ita ut sub principio huius narrationis exscripta sint vix non integre atque ad verbum capita 15 et 16 (ed. CERTAIN) Miraculorum *BHL.* 1123. — Des. *quae nobis e longinquo et remoto invehitur* (cf. *Catal. Lat. Brux.*, t. II, p. 260, l. 35). *Hoc modo illatione peracta, Remigius et episcopi ad regem regressi palam testabantur huic loco divinum quam maxime affore auxilium. Karlomannus vero arreptus febribus per omne suae regressionis iter usque ad Lugdunum langore fatigatus, ibidem animam exhalavit. Benedictus per omnia Deus.*

Subiuncta tandem est recensio, et ipsa longior, narrationis quae legitur *Catal. Lat. Brux.*, t. II, p. 260-61, c. 2 ; quae inc. *Nuper quoque nostris propemodum temporibus...* et mutila des. sub ipso initio : *Contigerat*

aliquando sacratissimae eius translationis festivitas, ad quam, temporis orbita redeunte, plurimae confluxerant diversae| Reg. 1864.

CODEX 1887

Membraneus, foliorum 87 (0^m,399×0,263), paginis bipartitis exaratus saec. XI.

(Fol. 1-20) Enarratio Leontii ep. de vita et actione S. Iohannis Alexandrini ad domnum Nicolaum sanctissimum papam = *BHL.* 4388,4389.

CODEX 1896

Membraneus, foliorum nunc sign. 1-96 et 104-127 (1). Constat simul collectis fragmentis exaratis saec. XI-XVI.

Erat anno 1632 Alexandri Petavii.

Folia 104-119 (0^m,483×0,350) paginis bipartitis exarata saec. XI extr.

1. (Fol. 104-107) <Passio S. Eustachii> = *BHL.* 2760.

Foliis perditis, inc. mutila : *transfretassent mare, exigebat ab eis naulum. Non habentibus illis...* (= *Act. SS.*, num. 9 extr.).

2. (Fol. 107-118^v) Vita vel obitus S. Hucberti pontificis = *BHL.* 3994, 3995.

Deest epistula.

3. (Fol. 118^v-119^v) Vita S. Martini archiep. = *BHL.* 5610.

Foliis perditis, supersunt dumtaxat epistula, prologus et index capitum.

CODEX 1940

Membraneus, foliorum 325 (0^m,384×0,267), exaratus saec. XV.

Folio 1 : *Emptus ab E^{mo} ac R^{mo} Domino Friderico Card. Sfortia anno 1673.* Fol. 2 et 5 sigillum bibliothecae et conventus Sancti Silvestri. Fol. 4 depictum est stemma Francisci Piccoliminei cardinalis (qui fuit Pius III).

Fol. 324-325^v descriptus est index libellorum.

1. (Fol. 118^v-123^v) Ad Heliodorum ep. epitaphium Nepotiani = *BHL.* 6057.

2. (Fol. 163-166) Ad Occeanum de morte Fabiolae = *BHL.* 2817.

3. (Fol. 166-166^v) Ad Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

4. (Fol. 166^v-167) Ad Marcellam de vita et obitu Asellae = *BHL.* 723.

(1) Loco mota sunt folia 97-103 egregiis picturis ornata, quibus constitutus est codex 1896 B.

REG. 1940. **5.** (Fol. 168v-171v) Ad Principiam de vita Marcellae = *BHL.* 5222.

CODEX 1949

Membraneus, foliorum 20 (0m,332×0,234), exaratus saec. XV extr.-XVI in.

Inest officium B. Aureae virginis et martyris notis musicis ornatum. In quo tamquam lectiones exscripta est (fol. 3v-12v) brevis Passio, quae inc. *Tempobus Claudii, praesidente vicario Ulpio Romulo, magna persecutio christianorum orta est* — Des. *Cuius corpus semper pervenit ad littus. Quod beatus Nonnus, qui cognominatur Ypolitus, collegit et sepelivit in praedio eius, ubi habitaverat, foris muros portae Hostiensis nono kalendas septembris.*

CODEX 1964

Foliorum nunc sign. 47-203 ; prima enim folia 1-46 Parisios anno 1797 delata ibidemque anno 1815 retenta, sunt nunc Bibliothecae Nationalis codex lat. 9768 Constat simul conglutinatis aliquot codicillis aliis membraneis, aliis chartaceis, exaratis saec. XI et XV.

I. Folia 47-93, membranea (0m,288 × 0,210), paginis bipartitis exarata saec. XI.

1. (Fol. 57-58) De S. Patricio ep. = *BHL.* 6502.

II. Folia 94-97, membranea (0m,286 × 0,190), exarata saec. XI.

2. (Fol. 94v-97) <Ex Vita metrica S. Germani Autisiodorensis *BHL.* 3458>

Exscriptae sunt dumtaxat invocatio, allocutio ad librum et praefatio libri sexti.

CODEX 2047

Membraneus, foliorum 124 (0m,258 × 0,187), exaratus saec. XII.

Fol. 1 : *Bourdelot* et *Volumen CCVIII non Petavianum. 1656.*

1. (Fol. 1-121) Historia B. Clementis papae = *BHL.* 6644.

2. (Fol. 121-124v) Epistola Clementis papae missa ad Iacobum fratrem Domini de obitu S. Petri apostoli et de ordinatione sua = *BHL.* 6646.

Foliis perditis, des. mutila : *et obaudiat omnis ecclesia, Deo quoque indesinenter supplicetur* | (= *P. L.*, t. CXXX, col. 25 B extr.).

V. CODICES OTTOBONIANI LATINI.

CODEX 11

Membraneus, foliorum A, B et sign. 100 (0^{m},191×0,130), exaratus saec. XV.

Fol. B^{v}, manu saec. XV : *Usui Domni Io. Chrysostomi Bergomatis canonici regularis Augustiniani.* Fol. B : *Ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altaemps.*

(Fol. 1-100) Vita S. Iohannis Chrysostomi Constantinopolitani ep. = *BHL.* 4374.

CODEX 80

Membraneus, foliorum A-E et sign. 2-242 (0^{m},330×0,232), exaratus anno 1467 (cf. fol. 242^{v}). Folium 1 et eas partes aliorum etiam foliorum in quibus depictae erant litterae ornatiores, abscidit fur nescio quis.

Erat olim Altempsianus.

(Fol. 213-219^{v}) <Passio S. Cypriani ep.> = *BHL.* 2041, 2037.

Libellus 2037 inc. et des. ut in codice Vaticano 200[2].

CODEX 90

Membraneus, foliorum 132 (0^{m}, 338×0,250), exaratus saec. XIV extr.

Totum codicem implet apographum, nunc in initio mutilum, processus canonizationis S. Birgittae.

Fol. 10 hoc lemma : *Acta et processus habitus coram reverendissimis in Christo patribus dominis Gradensi, Corphiensi et de Zangro cardinalibus commissariis super negocio canonizacionis B. Brigide de regno Swecie;* post quod veniunt (fol. 10-132) eadem ipsa documenta quorum conspectum dedit (ex cod. Holmiensi) ANNERSTEDT inter *Scriptores rerum Suecicarum,* t. III, 2, p. 218-20.

Quod legitur fol. 1-9^{v} ad eandem causam canonizationis pertinet videturque esse haec “ Rubricatio seu summa tocius processus canonizationis beatae Brigidae de Suecia „ quae implet prima folia codicis Holmiensis (cf. ANNERSTEDT, p.218). Foliis perditis, inc. mutila : *Lodoycus procurator principalis,et produxit mandata seu procuratoria, et peciit per dominos commissarios procedi ad executionem commissionis. Excusant se domini commissarii...*

CODEX 106

Membraneus, foliorum 192 (0^{m},342×0,280), paginis bipartitis exaratus saec. X/XI.

OTTOB. 106. **1.** (Fol. 114^{v}-125^{v}) Sermo S. Hieronymi presb. ad Paulam et Eustochium de assumptione S. Mariae Dei genitricis.

P. L., t. XXX, col. 122-42.

2. (Fol. 126-126^{v}) <Carmen Hincmari de B. V. Maria>.

MG., Poet. lat. t. III, p. 410-12. — Videtur hic esse " codex antiquus membraneus „ ex quo A. Maius primus carmen edidit (cf. ibid., p. 406).

3. (Fol. 126^{v}-127) De miraculo Dei genitricis in hebraeum puero parato = *Mir. BVM.* 24+915.

4. (Fol. 167-174) Passio S. Caeciliae virg. = *BHL.* 1495.

Deest prologus.

5. (Fol. 174-174^{v}) Revelatio domni Paschali papae in basilica B. Petri apost. de inventione corporis S. Caeciliae virg. = *BHL.* 1499.

Des. *labor<ar>e monstratur.*

6. (Fol. 174^{v}-177) Passio S. Clementis mart. atque pont. = *BHL.* 1848.

7. (Fol. 177-178) Expositio Gregorii ep. Tyronensis ecclesiae de libro miraculorum B. Clementi mart. atque pont. = *BHL.* 1855, 1857.

Inc. *In divinis voluminibus...*

8. (Fol. 178-185^{v}) Vita S. Martini ep. et conf. = *BHL.* 5610. Nov. 11.

9. (Fol. 185^{v}-186^{v}) De transitu eiusdem = *BHL.* 5613.

Deest prologus.

10. (Fol. 186^{v}-187) Item de transitu S. Martini ep. Turonensis = *BHL.* 5619.

11. (Fol. 187) Item de transitu S. Martini = *BHL.* 5621.

12. (Fol. 187) Item aliut miraculum S. Ambrosii de transitu S. Martini = *BHL.* 5622.

13. (Fol. 192-193) Assumptio S. Mariae Magdalenae de hoc mundo = *BHL.* 5453. Iul. 22.

CODEX 107

Membraneus, foliorum 42 variae formae (max. 0^{m},377×0,317), exaratus variis manibus saec. IX/X-XII.

Erat olim Reginae Sueciae sign. 75.

Folia 35-42 (circ. 0^{m},362×0,260) rudi manu descripta saec. X/XI.

(Fol. 35-42^{v}) De excessu S. Satiri fratris B. Ambrosii liber primus = *BHL.* 7509.

In media pagina 40^{v} vitio sive librarii sive exemplaris omissa est pars

aliquanta inde ab *fusum in viscera...* (= *P. L.*, c. 46 extr.) usque ad *vacatione requiescat* (= ibid., c. 63 extr.). OTTOB. 107.

CODEX 114

Membraneus, foliorum 242 (0^m,375×0,255), exaratus saec. XV a Leonardo Calendino presbytero rectore Sancti Vincentii de Prato (fol. 2) et emptus anno 1530 a Marco Maffeo Volaterrano (ibid.).

Fol. 1-1ᵛ descriptus est index huius " secundae partis epistolarum B. Hieronymi ". Cf. cod. 226.

1. (Fol. 65-66) Hieronymi epistola ad Marcellam de vita Asellae = *BHL.* 723.

2. (Fol. 68-71ᵛ) Hieronymi epistola ad Principiam virginem de vita et obitu S. Marcellae = *BHL.* 5222.

3. (Fol. 176-180) Hieronymi epistola ad Paulam consolatoria de morte Blexillae filiae suae = *BHL.* 1367.

4. (Fol. 192-196) Hieronymi epistola ad Occeanum de vita et morte Fabiolae sive Flaviolae = *BHL.* 2817.

5. (Fol. 196-197) Hieronymi epistola ad Marcellam de exitu Leae = *BHL.* 4809.

6. (Fol. 200ᵛ-214) Hieronymi ad Eustochium epithaphium seu epistola consolatoria de dormitione S. Paulae matris suae = *BHL.* 6548.

CODEX 120

Membraneus, foliorum sign. 1-93,95-202 (0^m,475×0,340), paginis bipartitis exaratus saec. XI extr. Perierunt folia 193, 194.

Fuit olim Pauli Petavii, apud quem erat signatus X. 33 (fol. 1), postea Reginae Sueciae, sign. 108.

1. (Fol. 1-8) Passio ss. mm. Grisogoni et Anastasiae = *BHL.* 1795, 118, 8093, 401.

2. (Fol. 8-12) Assumptio S. Iohannis apost. et evang. = *BHL.* 4320.

3. (Fol. 12-25) Vita S. Silvestri urbis Romae ep. = *BHL.* 7725-7729, 7742, 7734. Dec. 31.

4. (Fol. 25-26) Passio S. Columbae virg. et mart. = *BHL.* 1895. Dec. 31.

5. (Fol. 26-36ᵛ) Vita et miracula sancti patris nostri Basilii archiep. Cappadociae = *BHL.* 1023.

6. (Fol. 36ᵛ-40) Vita S.Eufrosinae virg. = *BHL.* 2723. Ian. 1.

OTTOB. 120. **7.** (Fol. 40-47) Passio S. Martinae virg. et mart. = *BHL.* 5587. Ian. 1.

8. (Fol. 47-47^v) Passio S. Concordii mart. = *BHL.* 1906. Ian. 3.

9. (Fol. 47^v-48) Passio S. Petri mart. = *BHL.* 6702. Ian. 3.

10. (Fol. 48-55^v) Vita S. Genovefae virg. = *BHL.* 3338. Ian. 3.

11. (Fol. 55^v-57^v) Vita S. Symeonis monachi, qui in columna stetit = *BHL.* 7960.

12. (Fol. 57^v-59) Passio S. Macrae virg. et mart. = *BHL.* 5126, 5127. Ian. 6.

13. (Fol. 59-65^v) Passio ss. mm. Luciani, Maxiani atque Iuliani = *BHL.* 5009. Ian. 8.

14. (Fol. 65^v-76) Passio ss. mm. Iuliani et Basilissae virginis sociorumque eorum = *BHL.* 4530. Ian. (9).

15. (Fol. 76-77) Passio S. Marcianae virg. et mart. = *BHL.* 5258. Ian. 9.

16. (Fol. 77-79^v) Vita S. Pauli primi heremitae = *BHL.* 6596. Ian. 10.

17. (Fol. 79^v-81^v) Vita S. Hylarii ep. et conf. = *BHL.* 3886. Ian. 13.

Deest prologus. — Des. *terra plorante, caelo gaudente.*

18. (Fol. 81^v-82^v) Epistola S. Hylarii ep. ad filiam suam directa[m].

P. L., t. X, col. 549-52.

19. (Fol. 82^v-84) Vita S. Remigii ep. et conf. = *BHL.* 7150. Ian. 13.

Inc. *Beatissimi Remigii antistitis translatio sancta nobis hodie...*

20 (Fol. 84-84^v) Passio S. Felicis presb. = *BHL.* 2885. Ian. 13.

21. (Fol. 84^v-93) Vita S. Vivencii = *BHL.* 8725, 8726. Ian. 13.

22. (Fol 93^v, 95-99^v) Vita sancti ac beatissimi Bonitti ep. et conf. = *BHL.* 1418. Ian. 15.

23. (Fol. 99^v-110) Vita S. Mauri ab. = *BHL.* 5773. Ian. 15.

Desunt epistula et prologus.

24. (Fol. 110-114^v) Vita S. Fursei conf. = *BHL.* 3209. Ian. 16.

25. (Fol. 114^v-117^v) Passio ss. mm. Cyriaci, Largi et Smaragdi et S. Marcelli ep. = *BHL.* 5235. Ian. 16.

26. (Fol. 117^v-121) Passio ss. geminorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi = *BHL.* 7829. Ian. 17.

Deest prologus.

27. (Fol. 121-127ᵛ) Vita S. Sulpitii ep. et conf. = *BHL.* 7930. Ian. 17. OTTOB. 120.

Deest prologus.

28. (Fol. 127ᵛ-130) Vita S. Launomari conf. = *BHL.* 4733. Ian. 19.

29. (Fol. 130-142) Passio S. Sebastiani martyris sociorumque eius = *BHL.* 7543. Ian. 20.

30. (Fol. 142-144ᵛ) Passio S. Agnetis virg. et mart. = *BHL.* 156. Ian. 21.

31. (Fol. 144ᵛ-147) Passio ss. mm. Marii et Marthae cum filiis suis Audifax et Abbacuc = *BHL.* 5543. Ian. 20.

32. (Fol. 147-148) Passio ss. mm. Fructuosi ep., Augurii et Eulogii diaconorum = *BHL.* 3202 (des. β). Ian. 21.

33. (Fol. 148-151) Passio S. Vincentii levitae et mart. = *BHL.* 8630. Ian. 22.

34. (Fol. 151-152) Passio S. Timothei discipuli S. Pauli apost. = *BHL.* 8294. Ian. 22.

35. (Fol. 152-152ᵛ) Passio S. Asclae mart. = *BHL.* 722. Ian. 23.

36. (Fol. 152ᵛ-154ᵛ) Passio S. Babillae ep. et mart. = *BHL.* 889. Ian. 24.

37. (Fol. 154ᵛ-160) Passio S. Praeiecti ep. et mart. = *BHL.* 6915, 6916. Ian. 25.

38. (Fol. 160-162ᵛ) Passio S. Polycarpi ep. et mart. = *BHL.* 6876. Ian. 26.

Des. ut *BHL.* 6875.

39. (Fol. 162ᵛ-175ᵛ) Vita S. Iohannis Chrysostomi = *BHL.* 4376. Ian. 27.

40. (Fol. 176-176ᵛ) <Narratio de S. Iohanne Chrysostomo>.

CASSIODORUS, *Hist. trip.*, lib. x, c. 4 extr. - c. 6 *(Non solum... et timere).*

41. (Fol. 176ᵛ-186) Vita S. Paulae = *BHL.* 6548. Ian. 27.

42. (Fol. 186-190ᵛ) Vita S. Iuliani ep. et conf. = *BHL.* 4544. Ian. 28.

Deest epistula.

43. (Fol. 190ᵛ-192ᵛ) Vita S. Iohannis presb. et conf. = *BHL.* 4425. Ian. 28.

Foliis perditis, des. mutila cum c. 13 libri I: *infatigabiliter ac salubriter praedicaret.*

OTTOB. 120. **44.** (Fol. 195-197^v) <Vita S. Balthildis reginae> = *BHL.* 909.

Foliis perditis, inc. mutila: *perplures ad integrum concessit et peccuniam innumerabilem direxit. Ad Iotrum quoque...* (= *Act. SS.*, num. 10 med.).

45. (Fol. 197^v-199^v) Vita S. Gallae virg. = *BHL.* 3235. Febr. 1.

46. (Fol. 199^v-201^v) Passio S. Agathae virg. et mart. = *BHL.* 133. Febr. 5.

47. (Fol. 201^v-205^v) Vita S. Amandi ep. et conf. = *BHL.* 332. Febr. 6.

Deest prologus.

48. (Fol. 205^v) Passio S. Iulianae virg. et mart. = *BHL.* 4522. Febr. 7.

Foliis perditis, des. sub initio mutila: *Haec audiens Eleusius dedit munera imperatori* | (= *Act. SS.*, num. 1 med.).

CODEX 123

Membraneus, foliorum sign. 33 et A-D (0^m,202 × 0,140), exaratus variis manibus saec. XIII/XIV et XIV.

Erat olim Altempsianus, prius autem Pauli Blondi, antea vero maiorum ipsius (cf. fol. D^v).

Fol. 23-29^v descripta sunt saec. XIV officia Patavina in translatione S. Danielis martyris, in festo S. Iustinae virginis, in festo S. Prosdocimi episcopi. Insunt lectiones breves excerptae ex *BHL.* 2090, 4573 et 6960.

CODEX 141

Membraneus, foliorum A et sign. 118 (0^m,170 × 0,113), exaratus saec. XI.

Fuit aliquando Reginae Sueciae sign. 5812 et 1483, et quidem *Volumen LXVI non Petavianum* (fol. A et 1).

(Fol. 109-118^v) Revelatio corporis S. Stephani prothomart. = *BHL.* 7850, 7851.

CODEX 169

Membraneus, foliorum sign. 67 (0^m,246 × 0,182), exaratus variis manibus saec. XII et XIII/XIV.

1. (Fol. 60-61^v, saec. XII) <Miraculum in imagine Berytensi Christi crucifixi> = *BHL.* 4230.

2. (Fol. 61^v-62, saec. XII) <Miraculum in imagine Christi deiecta in puteum ecclesiae Sanctae Sophiae>.

Recensio de qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 65[54]. Verum in codice aliud factum est initium, ut coniungeretur haec narratio cum praecedente.

Inc. *Adhuc, fratres, audite quod factum est verbum in diebus nostris et obstupescite... Eo tempore fidelium devotio ob infidelium perfidiam eandem Salvatoris imaginem a Biritho transferri decrevit in Constantinopolim, ubi maioris reverentiae ac religionis venerationem credebatur habitura. Quod et factum est, et in ecclesia Sanctae Sophiae honorabiliter collocata. Est etiam in eadem ecclesia puteus...* Ottob. 169.

3. (Fol. 62^{v}-67, saec. XII) <De sanctuariis et reliquiis urbis Constantinopoleos>.

Insunt quaedam narrationes de imaginibus Christi et B. V. Mariae, sed et miraculum S. Euphemiae.

Inc. *Hic sunt scripta omnia sanctuaria quae sunt in magno palatio... In primis quidem sunt in magno palatio in templo Sanctae Mariae Dei Genitricis haec sanctuaria et sacrae reliquiae, Sanctum manutergium, in quo est vultus Christi inpinctus, quod misit Christus Iesus ad Abagarum* — Des. *Quis enim potest describere ecclesias et monasteria et reliquias et corpora sanctorum quae sunt in regali urbe sine numero? Utique nemo. Ego autem, fratres karissimi, hoc tantillum descripsi; sed orate pro me.*

Sequitur (fol. 67) " Descriptio Ierusalem ".

CODEX 223

Membraneus, foliorum I-IX et sign. 1-356 ($0^{m},325\times0,221$), exaratus saec. XIV (fol. II^{v}-IX et 1-256) et variis manibus saec. XIV et saec. XV (fol. 257-261, 356^{v}-367).

Fol. I^{v}: *Ego Ludovicus Galnyere presbyter emi presentem Legendam auream ante ianuam sacrosancte capelle Parisiensis XV^{a} septembris 1543 13 solidis tur.* Ibid. alia manu: *Hurtault.*

Inest (fol. 1-256^{v}) *Legenda aurea,* et praeterea:

1. (Fol. 259^{v}-261^{v}) <De S. Barbara> = *BHL.* 916, 971, 956.

2. (Fol. 262-263^{v}) Vita S. Eligii ep. (ex *BHL.* 2474, lib. II).

A c. 35 ad c. 37, omisso fine: *Iam vero in extremis.., quia placita Deo erat anima illius* (= *P. L.*, col. 565 B - 569 D).

3. (Fol. 263^{v}-264^{v}) Vita B. Eulaliae virg. = *BHL.* 2696.

Inc. vix non ut exemplar de quo *Anal. Boll.*, t. XX, p. 392[59].

4. (Fol. 264^{v}-266) De SS. Gentiano, Fusciano atque Victorico = *BHL.* 3225.

5. (Fol. 266-269) Vita B. Walarici abbatis = *BHL.* 8762.

Deest prologus. — Reliquis omissis, des. *quam plures ei associabat in opere* (= *Act. SS.*, num. 10 sub fin.; Krusch, p. 166, l. 19).

6. (Fol. 269-271) Vita S. Nichasii.

Epitome, quae inc. et des. ut *BHL.* 6076.

OTTOB. 223. **7.** (Fol. 271-277) Vita S. Genovefae virg. = *BHL.* 3335.

8. (Fol. 277-279^v) De S. Sulpicio.

Epitome quae inc. (sine prologo) ut *BHL.* 7930 et des. *et multotiens replicabant. Transivit autem beatus Sulpicius Bituricae civitatis archiepiscopus et primas Aquitaniae XVI kalendas februarii, regnante Domino... Amen.*

9. (Fol. 279^v-280^v) Vita S. Bathildis virginis = *BHL.* 909, num. 16-19 sub fin. *(Act. SS.).*

Inc. *Igitur appropinquante* – Des. *et exemplum sanctissimum beatis reliquit matribus.*

10. (Fol. 280^v-281) De S. Brigida virg. = *BHL.* 1457, num. 1-5 *(Act. SS.).*

11. (Fol. 281-283) Vita S. Beati conf. = *BHL.* 1066.

12. (Fol. 283-283^v) De S. Montano.

Ex Vita S. Remigii *BHL.* 7155, c. 1. — Inc. *Fuit quidam venerabilis ac dignus professione...* et des. *etiam a peccatis absolvit* (ed. KRUSCH, p. 259, l. 13 - p. 261, l. 9).

13. (Fol. 283^v-284) De SS. Medardo et Gildardo = *BHL.* 5864.

Reliquis omissis, des. *ut Christi merito putaretur alumnus* (=*Act. SS.*, num. 3 extr.).

14. (Fol. 284-285) De S. Basone confessore.

Narratio excerpta ex Vita quadam S. Salabergae – Inc. *Sciens sanctus vir Dei Baso suum vas possidere in sanctificatione et honore* — Des. *Audivit igitur et adquievit opimae consorti proposito sapientiae doti scientiae, cum qua vitae tempora sine ulla transcurrebat offensione.*

15. (Fol. 285-286^v) De S. Theobaldo episcopo.

Epitome quae inc. (sine prologo) ut *BHL.* 8031 et des. *ecclesiam ei statuunt; ubi multa beneficia fiunt in populo, praestante Dei pietate... Amen.*

16. (Fol. 286^v-289) De conceptione S. Mariae Virginis.

Legendae aureae appendix, ed. GRAESSE, c. 189 (188), § 1-4.

17. (Fol. 289-293) De S. Euphrosina = *BHL.* 2723.

Des. *et migravit ad Dominum. Iuxta filiam suam sepelivit eum abbas cum omni congregatione sua glorificantes Deum, qui cum Patre... Amen.*

18. (Fol. 293-295^v) De S. Ludovico rege = *BHL.* 5043.

19. (Fol. 295^v-296^v) De sancta corona domini nostri Iesu Christi.

Epitome quae inc. ut prologus *BHL.* 4204 et des. ut *BHL.* 4204.

20. (Fol. 296^v-297) De sancta cruce Domini.

Inc. prol. *Inter cetera Dei magnalia illud etiam poster<or>-*

um memoriae mandare curavimus qualiter Deus ineffabili gratia sua ex alto prospiciens Parisiensem dignatus sit visitare ecclesiam. — Inc. *Clericus enim quidam* (cod.-*dem.*), *Ancellus nomine, natus Parisii, genere commendabilis, sed commendabilior moribus* — Des. *et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Cf. *BHL.* 4190. OTTOB. 223.

21. (Fol. 297-298v) De S. Genebaldo ep.

Ex Vita S. Remigii *BHL.* 7155, c. 16, inde ab *Baptizatus a sancto Remigio Chlodoveus rex cum gente integra...* usque ad *quod per desiderium ardebat* (ed. KRUSCH, p. 300 - p. 301, l. 26), et inde ab *Est nobis spes magna paenitentibus...* usque ad *nosque a se recipi per paenitentiam quaerit* (ibid., p. 304, l. 41-p. 306, l. 4).

22. (Fol. 298v) De B. Cilinia electa.

Remittit librarius ad ea quae iam exscripsit de S. Montano (supra, **12**) additque brevem clausulam piam : *Huius ergo beatissimae Ciliniae, cuius hodierna die debito iure congrua celebramus sollemnia... perpetuis perfrui mereamur gaudiis, ipsius opitulante clementia... Amen.*

23. (Fol. 298v-304) De S. Austrude = *BHL.* 556.

24. (Fol. 304-306) De SS. Crispino et Crispiniano = *BHL.* 1990.

25. (Fol. 306-308) Vita S. Annae.

Inc. ut *BHL.* 484. — Des. *Idcirco laetamini, dilectissimae ; laetamini, inquam, in hac sacrosancta sollemnitate... Amen.*

26. (Fol. 308-310v) Vita S. Benedictae virg. = *BHL.* 1087.

Deest prologus.

27. (Fol. 329-341) De vita patrum secundum Hieronymum.

Inc. *Frater quidem iter agens, matrem suam valde senem secum habens, cum quendam fluvium non posset vetula pertransire, involvit filius pallio suo manus suas et, apprehensa matre, transportavit eam. Dixit mater* : "*Fili, quid est quod manus tuas involvisti*„ *? Et filius* : "*Quia muliebre corpus ignis est.*„ — Des. *ad vitam aeternam pertraxit.*

Sunt hae narrationes pleraeque ex Vitis patrum excerptae, sed etiam ex aliis libris, v. gr. (fol. 338v-340v) narratio Bedae de Drictelmo. Insunt praeterea **28.** (fol. 335-336) Vita S. Marinae *BHL.* 5528, et **29.** (fol. 336v-338v) Vita B. Malchi *BHL.* 5190, omisso initio.

CODEX 225

Chartaceus, foliorum 372 (0m,361×0,273), paginis bipartitis exaratus Venetiis anno 1408. Fol. 363 : *Ego Vaxilius Zordanus presbyter et plebanus Sancti Raphaelis presens opus incepi scribere die XX mensis iulii atque complevi Christi adiutorio die VIIIo mensis novembris in anno dominice incarnationis millesimo CCCCo VIIIo. Deo gratias. Amen.*

OTTOB. 225. Inest (fol. 1-363) Petri de Natalibus Catalogus sanctorum (cf. *BHL.*, p. xxx). Foliis perditis, deest prologus et initium " Divisionis totius operis „. Fol. 321-322^{v}, ante librum XII, legitur tractatus de Venetiis et de reliquiis ibidem servatis. Fol. 363^{v} in fine operis addita est annotatio: *Ad gloriam...* ed. ex hoc cod. in *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 35.

CODEX 226

Membraneus, foliorum A, B et sign. pag. 1-98 et fol. 99-404, C (0^{m},377 × 0,258), exaratus saec. XV a Leonardo Calendino presbytero et rectore Sancti Vincentii de Prato (fol. B).

Erat saec. XVI *de figli et eredi de M. Marco Maffei* (fol. 2).

Fol. A-B descriptus est index huius " primae partis epistolarum B.Hieronymi „. Cf. cod. 114.

(Pag. 40-51) Hieronymi epistola ad Eliodorum sive epithaphium, consolatoria de morte Nepotiani nepotis sui = *BHL.* 6057.

CODEX 237

Chartaceus, foliorum sign. 39 (0^{m},201×0,129), exaratus saec. XVI.

Insunt documenta de S. Cassiano, quae episcopo suo Hieronymo Dandino exscribi fecit Franciscus Ferrus canonicus Imolensis (cf. fol. 1^{v}-2).

1. (Fol. 3-19) Legenda S. Cassiani mart. per Fratrem Iacobum ordinis Praedicatorum compilata.

Inc. prol. *Caelestis gloriae patriam primus homo merito praevaricationis amittens* — Inc. *Fuit igitur beatus Cassianus spectabilis genere, sanctitate insignis...* et post pauca: *in provincia Alemanniae ecclesiae Sabionensis, quae nunc Brixina dicitur, in episcopum est electus* — Des. *et in futuro praemia aeterna concedat. Quod ipse nobis praes[en]tare dignetur... Amen.* Cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 167[52].

Inc. epil. *Venerabili in Christo patri et domino* <..........> *Dei gratia episcopo Immolensi frater Iacobus ordinis Praedicatorum in provincia Lombardiae dictus prior... Vestrae reverendae paternitatis cupiens parere mandatis*—Des. *per tempora longiora. Datum Bononiae XIIII calend. iulii M. CC. LXXXII.* Notum est Iacobum de Varagine priorem provinciae lombardicae Fratrum Praedicatorum fuisse ab anno 1267 ad annum 1286.

2. (Fol. 19^{v}-25^{v}) Passio S. Cassiani mart.

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 167[53].

3. (Fol. 25^{v}-26^{v}) Miraculum B. Germani Antisiodorensis episcopi de admirabili allocutione cum Cassiano antistite = *BHL.* 3454, num. 64.

Omisso initio, inc. *Territorium sane Augustodunense...*

4. (Fol. 27-29^{v}) Prudentius poeta de beato Cassiano ita cecinit = *BHL.* 1625. OTTOB. 237.

5. (Fol. 29^{v}-31) < Passio S. Cassiani> = *BHL.* 1626.

CODEX 254

Chartaceus, foliorum A et 110 (0^{m},198×0,132), exaratus variis manibus saec. XV.

Fol. A : *Ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altaemps.*

1. (Fol. 1^{v}-16^{v}) Vita S. Hieronymi presbyteri cardinalis, collecta ex tractatibus eius ac SS. Augustini, Damasi, Gregorii, Gelasii et aliorum patrum sanctorum = *BHL.* 3873.

Foliis perditis, des. mutila : *legenda suscipimus. Reliqua* (= *P. L.*, col. 199, lin. 1, 2).

2. (Fol. 17-17^{v}) <Translatio S. Hieronymi> = *BHL.* 3878.

Foliis perditis, inc. mutila: *solo venerandi doctoris corpore in Sancta Maria de Bethleem* (= *Act. SS.*, num. 1091 sub in.) — Omisso ultimo capite, des. *vitam aeternam possidebit.*

Insunt praeterea in codice (**3.**) lectiones breves de conceptione B. Virg. Mariae (fol. 21^{v} sq.), de inventione et de exaltatione sanctae crucis (fol. 28 sq. et 31 sq.), de S. Catharina (fol. 35 sq.)

4. (Fol. 38-42) Legenda S. Agnetis virg. et mart. = *BHL.* 156.

5. (Fol. 42^{v}-45^{v}) <Carmen de passione S. Agnetis>.

Inc. *Agnes sponsa Dei virgo sanctissima, salve...*

Des. *Retribuatque mihi regna beata poli.*

Fol. 47^{v} legitur lemma epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3866, ipsa autem epistula periit.

CODEX 269

Membraneus, foliorum 105 (0^{m},244×0,170), exaratus anno 1311 figurisque pictis ornatus.

Fol. 105 : *Explicit historia... nunc exemplata anno incarnationis Domini M. CCC^{o} XI° de mense madii tempore quo civitas Brixie obsidebatur per dominum Heinricum septimum imperatorem...*

(Fol. 1-105) Liber Barlaam et Iosaphat servorum Dei graeco sermone editus a B. Iohanne Dasmasceno viro sancto = *BHL.* 979.

CODEX 285

Chartaceus, intermixtis aliquot membranis, foliorum 284 (0^{m},212 × 0,142), exaratus saec. XV.

Ottob. 285. **1.** (Fol. 203-208^{v}) Epistola Hieronymi ad Paulam de morte filiae = *BHL.* 1367.

2. (Fol. 208^{v}-209^{v}) Ad Marcellam de vita Asellae = *BHL.* 723.

3. (Fol. 212^{v}-217^{v}) Ad Occeanum de laudibus et morte Fabiolae Hieronymus = *BHL.* 2817.

4. (Fol. 217^{v}-218^{v}) <De exitu Leae> = *BHL.* 4809.

5. (Fol. 218^{v}-223) Ad Principiam de obitu Marcellae eiusque laudibus = *BHL.* 5222.

6. (Fol. 238^{v}-248^{v}) Epitaphium Nepotiani presb. ad Heliodorum episcopum avunculum eius = *BHL.* 6057.

CODEX 306

Membraneus, foliorum A et sign. 276 (0^{m},268×0,172), exaratus saec. XV.

Fol. 276^{v} : *Magistri Bernardi B'oqua capellani R^{mi} domni Bononiensis pro sicuritate.*

Insunt S. Cypriani opera, et praeterea :

1. (Fol. 256^{v}-263^{v}) Vita S. Cypriani = *BHL.* 2041.

> Reliquis omissis, des. *nemo non noverat. Currebant undique versum omnes ad spectaculum, nobis pro devotione fidei gloriosum, gentibus et dolentium* (= *P. L.*, c. 15 med.).

2. (Fol. 263^{v}-264^{v}) De martyrio eiusdem = cod. Vatic. 200^{2}.

CODEX 321

Chartaceus, foliorum A et sign. 601 (0^{m},308×0,201), exaratus saec. XVI.

Fol. A : *Ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altaemps.*

Insunt S. Petri Damiani opera, inter quae :

1. (Fol. 205-208^{v}) Epistola Alexandro papae missa de vita Rodulphi Eugubini ep. = *BHL.* 7282.

2. (Fol. 208^{v}-219^{v}) Vita venerabilis viri Dominici Loricati = *BHL.* 2239.

CODEX 329

Membraneus, foliorum nunc 337 (0^{m},274×0,195), paginis bipartitis vel etiam quadripartitis (fol. 336^{v}-337^{v}) exaratus saec. XII.

(Fol. 314^{v}-320^{v}) Vita S. Benedicti ab. edita a beato papa Gregorio = *BHL.* 1102.

CODEX 331

Membraneus, foliorum 276 (0^{m},332×0,196), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

Inest *Legenda aurea.*

CODEX 339

OTTOB. 339.

Membraneus, foliorum 196 (0^{m},295×0,175), exaratus variis manibus saec. XI et XII. Primus quaternio (nunc folia 1-5, nam perierunt duo folia post fol. 3 et unum post fol. 5), etsi postea codici additus est, et ipse descriptus est variis manibus saec. XI. Ultima folia temporis iniurias passa sunt atque folia 195 et 196 vix non perierunt.

Erat olim monasterii Sancti Iohannis de Acereta, ut ostendit A. GAUDENZI, in *Studi medievali*, t. III, 2 (1909), p. 303-4; postea fuit ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altemps.

1. (Fol. 3-3^{v}) In visione S. Iohannis evangelistae. Lectio ad nocturnum.

Fragmentum Passionis *BHL.* 4321. — Deest prologus. — Des. mutila : *Tunc praecepit eum in exilium duci in insula quae dicitur*|

2. (Fol. 4-4^{v}) Exametralis micrologia venerabilis vitae B. Petri Damiani cardinalis episcopi civitatis Ostiae.

Ed. ex hoc codice GAUDENZI, l. c., p. 308-10.

3. (Fol. 4^{v}-5^{v}) Oratio pro eo *(i. e. pro Petro Damiano)* ad S. Mariam Dei genitricem et semper virginem.

Ed. ex hoc codice GAUDENZI, l. c., p. 310-11.

4. (Fol. 6) <Carmina de S. Romualdo>.

Ed. ex hoc codice GAUDENZI, l. c., p. 307-8.

CODEX 340

Membraneus, foliorum 168 (circ. 0^{m},305 × 0,212), exaratus variis manibus saec. XII.

Fol. 1, manu saec. XIV : *Insule filiorum Manfredi.*

Erat olim ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altemps.

(Fol. 1-168) Vita B. Gregorii romani pontificis = *BHL.* 3642, 3641.

CODEX 407

Chartaceus, foliorum sign. 16 (0^{m},218 × 0,145), exaratus saec. XV.

Erat olim ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altemps.

1. (Fol. 12-14^{v}) Vita beatissimi Symeonis prophetae, sacerdotis templi Iudaeorum, qui dixit " Nunc dimittis servum tuum, Domine „ etc., quando gloriosa Virgo Maria sibi praesentavit filium in templo in purificatione eius. Qui ad eum devote profundit preces, optinet quod petit. Suis meritis oppressos liberat, dis-

OTTOB. 407. cordiam inter virum et uxorem sedat, optata ministrat, liberos dat, navigantes salvat.

Inc. *In annalibus Iudaeorum hebraeorum dicitur quod vir quidam erat in Hierusalem de genere sacerdotali, nomine Iustus, qui in aetate viginti quattuor annorum de stirpe propria duxit uxorem, nomine Iustam* — Des. *Sacerdotes autem templi, eius sanctitatem considerantes, corpus eius ante portam templi sepelierunt.*

2. (Fol. 14v-16.) Quaedam eius miracula.

Inc. *Opinio quorundam Hebraeorum fuit quod sanctus Symeon ex uxore duos filios generavit et postea ivit ad desertum* — Des. *De Symeone isto legitur quod brachia sua, quae meruerunt portare filium Dei, inventa sunt per magnum tempus sincera sine putredine. Amen.*

CODEX 437

Chartaceus foliorum A et sign. 176 (0m,281×0,200), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

Fuit olim ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altemps.

Fol. 3 manu saec. XVI : *Ad usum Fratris Antonii Nibbia Novs*. Fol. 10v, eadem manu : *Frater Antonius Novariensis*.

Fol. 176 : *Explicit primum volumen de vita B. Mariae, continens in se tres libros Sequitur 2m volumen, continens in se tres alios libros, quorum primus liber incipit a fructu 37 tractante qualiter beata Maria fugit cum puero Iesu in Egiptum.*

Totum volumen (1-176) implet pars prior operis Bartholomaei de Rinonico de Pisis Ord. Min. (cf. fol. 3 et 10v) de vita B. V. Mariae.

Inc. prol. *Quoniam ad oblectamentum legentium* — Inc. liber I : *Ego ex ore Altissimi prodii...*

CODEX 441

Membraneus, foliorum 28 (0m,275 × 0,190), exaratus saec. XV.

1. (Fol. 1-7) Passio S. Agnetis = *BHL.* 156. Ian. 21.

2. (Fol. 7-8v) Miraculum (eiusdem).

Vid. appendicem XVII.

3. (Fol. 8v-17v) Vita B. Constantiae virginis, edita a Nicolao Maniacotia clerico tituli Sancti Laurentii in Damaso rogato Agnetis a Pinea = cod. Vatic. 1196[25].

Inc. *Cum michi referres, Agnes agni famula...*

4. (Fol. 18-25v) <Sermo in laudem S. Constantiae>.

Inc. *Intactum et sacrum virginitatis pudorem quis attactus contagione digne vel audeat vel valeat commendare* — Des. *ut alliceretur specie tantae formositatis regina deformitatis.*

5. (Fol. 25^{v}-28) Sermo in honorem B. Agnetis virg. = *BHL.* 158 a. Оттов. 441.

CODEX 460

Chartaceus, foliorum A et sign. 345, variae formae (max. 0^{m},315×0,210). Constat simul compactis aliquot codicillis exaratis saec. XVI/XVII.

Erat olim ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altemps.

Inest (fol. 237-283) inquisitio de vita et miraculis B. Laurentii Sublacensis (*BHL.* 4792).

CODEX 480

Membraneus, foliorum 87 (0^{m},375×0,240), exaratus saec. XIV.

Totum implet Iohannis Andreae opus quod est inscriptum *Hieronymianum*, de quo ad *BHL.* 3876.

CODEX 485

Chartaceus, foliorum sign. 382 (0^{m},330×0,236), exaratus saec. XVII.

Erat olim Altempsianus.

Insunt S. Ennodii opera exscripta ex codice Vaticano 3803, atque inter haec :

1. (Fol. 1-5) Dictio in natali Laurentii Mediolanensis ep. = *BHL.* 4751.

2. (Fol. 45^{v}-50) Dictio quae habita est in natali sancti ac beatissimi papae Epifani in annum tricesimum sacerdotii = *BHL.* 2571.

3. (Fol. 102-138^{v}) Vita beatissimi Epifanii = *BHL.* 2570.

4. (Fol. 216-224) Vita B. Antonii = *BHL.* 584.

5. (Fol. 350-355^{v}) <Ennodii eucharisticum de vita sua> = *BHL.* 2554.

CODEX 503

Membraneus, foliorum sign. 37 (0^{m},176×0,111), exaratus saec. XV.

Erat olim Altempsianus.

(Fol. 2-37^{v}) Vita venerabilis Paulae, matronae Romanae nobilissimae, edita a S. Hieronymo = *BHL.* 6548.

CODEX 515

Membraneus, foliorum 146 (0^{m},149×0,110), exaratus anno 1446. Fol. 146 subiunxit librarius : *Per me Raynaldum de Herderis scriptum fuit anno XLVI.*

OTTOB. 515. Erat olim Altempsianus.

Insunt (fol. 2-68^v, 68^v-82, 82-146) tres epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL*. 3866-3868.

CODEX 537

Membraneus, foliorum A et sign. 31 (0^m,183×0,130), exaratus variis manibus saec. XIV.
Erat olim Altempsianus.

1. (Fol. 1-10^v) Vita et obitus beati viri Guntheri, olim langravii Tunringiae et Assyae, inventa in vita B. Gothardi conf. et ep. Hyldeshamensis = *BHL*. 3714.

2. (Fol. 10^v-25) <Miracula B. Guntheri> = *BHL*. 3715.

3. (Fol. 25-25^v) <Annotatio de B. Gunthero> = *BHL*. 3716.

4. (Fol. 25^v-29) <Miracula B. Guntheri> = *BHL*. 3717.

5. (Fol. 29-31) <Miracula B. Guntheri> = *BHL*. 3715, num. 21-23.

Iam scripta erant supra manu antiquiore (fol. 23-24^v).

CODEX 540

Membraneus, foliorum 155 (0^m,171×0,123), exaratus saec. XV in.
Erat olim Altempsianus.
Insunt Dialogi Gregorii Magni et

(Fol. 145^v-155^v) <Vita S. Macarii Romani> = *BHL*. 5104.

CODEX 553

Membraneus, foliorum 191 (0,139×0,105), exaratus saec. XIV/XV.
Erat olim *Collegii Romani Societatis Iesu* (fol. 1).

(Fol. 1-191^v) Legenda B. Francisci composita a fratre Bonaventura de Balneo Regio = *BHL*. 3107, 3109.

CODEX 558

Membraneus, foliorum A, B et sign. 138 (0^m,178×0,124), exaratus saec. XV a quodam Antonio F. (fol. 138^v).

Insunt (fol. 1-72, 72-84, 84-138^v) tres epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL*. 3866-3868.

CODEX 603

Membraneus, foliorum 50 (0^m,309×0,209), exaratus saec. XIV.

Fuit olim Reginae Sueciae. Fol. 1 : *Bourdelot* et *Volumen LXXVII non Petavianum. 1676.* OTTOB. 603.

1. (Fol. 1-13) Vita sancti ac beatissimi patris nostri Martini ep. et conf. = *BHL.* 5610.

2. (Fol. 13-17^{v}) (Epistulae Sulpicii Severi de S. Martino) = *BHL.* 5611-5613.

3. (Fol. 17^{v}-19^{v}) (Narrationes Gregorii Turonensis de S. Martino) = *BHL.* 5619-5622.

4. (Fol. 19^{v}-46^{v}) (Dialogi Sulpicii Severi de S. Martino) = *BHL.* 5614-5616.

5. (Fol. 46^{v}-47) Sermo quando corpus B. Martini translatum est = *BHL.* 5623.

6. (Fol. 47-49) Omelia magistri Albini de vita et virtutibus S. Martini Turonensis ep. = *BHL.* 5625.

7. (Fol. 49-50^{v}) Vita B. Brictii ep. = *BHL.* 1452.

CODEX 637

Foliorum 76. Constat simul compactis aliquot codicillis, aliis chartaceis, aliis membraneis, variae formae, exaratis saec. XV.

I. Folia 1-46 (0^{m},293×0,205) continent (fol. 1-17, 17-20, 22-45^{v}) tres epistulas spurias de S. Hieronymo *BHL.* 3866-3868.

CODEX 687

Membraneus, foliorum 39 formae non omnino eiusdem (max. 0^{m},245×0,180). Constat simul conglutinatis aliquot codicillis exaratis saec. X-XIII.

Erat olim in bibliotheca Reginae Sueciae signatus 1649.

(Fol. 13-13^{v}, saec. XIII) <Laudatio Laurentii ep. Mediolanensis>.

Ex *BHL.* 4751. Ed. ex hoc codice vel ex simillimo apud MARTENE et DURAND, *Thes. nov. anecd.*, t. V, col. 61-62 *(Usu rerum venit... venena respuisti)*.

CODEX 702

Chartaceus, foliorum sign. 61 (0^{m},208×0,154), exaratus variis manibus saec. XV extr.

Insunt officia quaedam liturgica, inter quae

1. (Fol. 23-31) Ad R^{mum} in Christo patrem D. P. Mendozam cardinalem hispanum, Tolletanum archiepiscopum, B. Eugenii historia.

OTTOB. 702. Novem lectiones de vita et miraculis. — Inc prol. *Historiam beatissimi Eugenii martyris, primi presulis Tolletani, praedecesoris tui, reverendissime pater et domine illustrissime, instaurare tuo iussu dignum existimavi. Quippe quae neque eloquio neque dispositione grata legentibus* — Inc. *Cum Dionysius, Ariopago dimisso, beatorum Petri et Pauli visendi desiderio flagraret, Romam venit*—Des. *tali semper pastore laetetur, qui pro nobis perpetuus intercessor exsistat apud eum qui cum Patre... Amen.*

2. (Fol. 34-41^{v}) Historia B. Leocadiae.

Lectiones novem de vita S Leocadiae et (lect. IX) de S. Leocadia apparente S. Hildefonso. — Inc. *Evangelicae praedicationis caelestis doctrina post apostolorum Spiritu sancto illustrata corda* — Des. *Sic virgo caeli palatia ascendit, corpore per aera disoluto, quod angelico ministerio conditum fuerat. Haec habui quae dicerem de laudibus virginis Leocadiae, ad laudem... Amen.*

3. (Fol-43-44^{v}) <Vita S. Iuliani ep. Toletani > = *BHL.* 4554.

4. (Fol. 45^{v}-57^{v}) <Vita S. Hildefonsi ep. Toletani>.

Lectiones in die festo et per octavas. — Inc. *Christiani nominis toto orbe propagato cultu, apud Toletum Hispaniae citerioris urbem regiam et loci natura munitissimam, ubi regum Gothorum sedes frequentior erat, et regis Resciswidi christianissimi temporibus ac Eugenio tertio eius urbis sedente antistite, Stephanus et Lucia illustri familia cives erant* — Des. *et iuxta sepulcrum Leocadiae virginis et martyris sepulturae corpus eius mandatur. Ad eius postea sepulcrum multa miracula claruerunt, anima eius beatissima caelos migrante, ubi cum Christo regnat in saecula saeculorum... Amen.*

CODEX 757

Chartaceus, foliorum A, sign. 170 et B, formae non omnino eiusdem (max. 0^{m},275×0,205), exaratus saec. XV in. (fol. 141-158) et variis manibus saec. XVI. Fuit olim Altempsianus.

1. (Fol. 141-142) Epistola S. Hylarii.

P. L., t. X, col. 549-52.

2. (Fol. 143-147) <Vita S. Hilarii ep. Pictavensis> = *BHL.* 3886.

3. (Fol. 147-147^{v}) < Miraculum S. Hilarii> = *BHL.* 3893.

4. (Fol. 147^{v}-152^{v}) <Miracula S. Hilarii> = *BHL.* 3887.

5. (Fol. 152^{v}-153) <Sermo in festivitate S. Hilarii>.

De quo *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 196[9].

6. (Fol. 153-153^{v}) <Rhythmus de S. Hilario> = CHEVALIER, *Repert. hymn.* 15342.

7. (Fol. 153v-155) <Laudatio S. Hilarii> Ottob. 757.

Cuius pars praecipua ed. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 258-60.

8. (Fol. 155v-156) Gregorius Turonensis = *BHL.* 3892

9. (Fol. 156-156v) De rege Francorum Philippo = *BHL.* 3908.

CODEX 773

Chartaceus, foliorum 306 (0m,209 × 0,212), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

1. (Fol. 243-297) <Vita B. Mariae Virginis>

De qua *Catal. Lat. Rom.*, p. 172 ; *Anal. Boll.*, t. XX, p. 373, cod. 355[2].

2. (Fol. 297v-306) <Tractatus de S. Iohanne evangelista>

De quo *Anal. Boll.*, t. XX, p. 375, cod. 387[2].

Inc. prol. *Completo diligenter ex dictis sanctorum patrum pro modulo virium nostrarum, auxiliante Domino, tractatu diffusiore de beatissima virgine Dei genitrice* — Inc. *Beatus Iohannes evangelista virgo est a Domino electus* — Des. *per vos exaltet ad paternae gloriae paternitatem* (immo *claritatem*).

CODEX 787

Chartaceus, foliorum 60 (0m,283 × 0,202), exaratus saec. XVI.
Erat olim Altempsianus.

(Fol. 3-55v) Liber de vita et miraculis B. Urbani papae quinti = *BHL.* 8397.

CODEX 811

Foliorum A et sign. 1-167 (circ. 0m,21 × 0,15). Constat simul compactis aliquot codicillis, aliis membraneis, aliis chartaceis, exaratis saec. XI-XV.

Erat olim Reginae Sueciae sign. 1807, antea autem Petavii signatus V. 53. Fol. 1: οἷς ἀτυχῶ λίαν εὐτυχῶ.

Folia 104-111 (0m,212 × 0,146) exarata saec. XI. Pridem fuisse videntur Sancti Medardi Suessionensis.

1. (Fol. 104-109v) De adventu et susceptione corporum ss. mm. Tyburtii, Marcelini et Petri, Marcelliani et Marci, Proti et Iacincti, Marii et Marthae, Audifax et Abacuc, Abdonis et Sennis = *BHL.* 8286. Iul. 14.

2. (Fol. 109v-111v) Venerabilis memoria beatissimi ac patroni nostri Gildardi Rotomagensis archiep, = *BHL.* 3539.

Reliquis perditis, des. mutila : *ac non multo post defonto Remorum archiepiscopo*| (= *Anal. Boll.*, p. 396, l. 30).

OTTOB. 862.

CODEX 862

Membraneus, foliorum A, B et sign. 117 (0m,231×0,157), paginis bipartitis exaratus saec. XIV.

Fol. A, saec. XV : *Iste liber est fratris Willelmi Picwurth ordinis Praedicatorum, quem propria manu scripsit quando erat studens in conventu Londoniarum...;* infra ibidem, alia manu saec. XV : *Frater Willelmus Pykworth provincialis Anglie,* et iterum alia : *Frater Symon Lacy est bonus puer, quem Deus amat.* De Willelmo Pickworth cf. *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 38.

1. (Fol. 49-87) Originalia sanctorum.

Sunt hae sententiae secundum certa capita ordinatae (inc. ab *Abstinentia,* des. cum *Ypocrisi,* observato ordine alphabeti) eaeque excerptae ex sanctorum non Vitis, sed operibus sive scriptis.

2. (Fol. 95-117) Narrationes. Gesta sanctorum.

Prologus. *Antiquorum patrum exemplo didici nonnullos ad virtutem inductos fuisse narrationibus edificativis et exemplis. Unde ad proximorum instructionem narrationes seu gesta exemplaria per ordinem alphabeti de diversis hic recollegi, per que monita vitam et acta dirigant ad omnipotentis Dei laudem et honorem* — Inc. ABBAS *non debet esse nimis rigidus. Anselmus...*

CODEX 870 II

Chartaceus, foliorum nunc sign. 179-361 variae formae (max. 0m,216×0,168), exaratus saec. XVI.

Erat olim Altempsianus.

1. (Fol. 261-267v, olim 191-197v) <Passio S. Cypriani> = *BHL.* 2041.

Foliis perditis, inc. mutila : *respublica ac destituta patria sentiret. Sed viderit saeculum...* (= *P. L.,* c. 11 sub in.).

2. (Fol. 325-339v, olim 328-343v) Vita vel obitus S. Laurentii Sipontini ep. = *BHL.* 4790.

CODEX 903

Chartaceus, foliorum sign. 103 (0m,235×0,166), exaratus variis manibus saec. XV.

Erat olim Altempsianus.

1. (Fol. 1-12) In festo S. Antonii.

Epitome, quae inc. (sine prologo) ut *BHL.* 587, pars I, et des. *fide perfecta coepit credere Christo. Clericus quidam miraculorum inquisitionem irridens gravissima passione percutitur ; qui tandem ad beatum Antonium voto facto sanatus, sanctitatis illius professor ipse in se experientia doctus efficitur* (= *BHL.* 592, num. 45 extr.).

2. (Fol. 12v-19) Legenda S. Lodovici ep. et conf. sub bulla papae et canonizatio = *BHL*. 5054. OTTOB. 903.

3. (Fol. 20-33v) Maffei Vegii Laudensis de vita et obitu B. Bernardini = *BHL*. 1189.

Reliquis omissis, des. *volentibus mandantibusque maioribus suis, ad instruendas utique alias civitates, ut Spiritus eum ducebat, se accinxit. Deo gratias* (=*Act. SS.*, num. 18 extr.).

4. (Fol. 36v-62v) Legenda S. Clarae virg. = *BHL*. 1815.

Deest prologus.

5. (Fol. 63-77v) Passio SS. Fratrum Minorum Berardi, Petri, Adiuti, Accursi et Othonis in Marrochio martyrizatorum = *BHL*. 1169.

6. (Fol. 77v-83v) Passio SS. Fratrum Minorum Thomae de Tollentino et aliorum, extracta ex epistolis fratrum Iordani et Francisci Ordinis Praedicatorum per fratrem Petrum de Turri vicarium Orientis = *BHL*. 8267.

Omissis ultimis verbis, des. *ex tunc nihil fuit inventum.*

7. (Fol. 83v-87v, 94-97) Passio Fratris Petri de Senis ex epistola Fratris Iordani.

Ed. *Analecta Franciscana*, t. III, p. 604-13. — Des. *et bibentes ab infirmitatibus suis liberantur.*

8. (Fol. 97-99v) Passio SS. Fratrum Danielis, Agnelli, Samuelis, Domuli, Leonis, Nicholai et Ugolini Ordinis Fratrum Minorum, qui passi sunt apud Septam civitatem Marrochiorum anno Domini M. CC. XXVII. = *BHL*. 2094.

CODEX 921

Chartaceus, foliorum A, B et sign. 99 (0^m,271×0,198), exaratus saec. XVI. Erat olim Altempsianus.

(Fol. 1-99) Turpinus archiepiscopus Remensis de gestis Caroli Magni = *BHL*. 1589-1594, 1596, 1597, 4074.

CODEX 940

Chartaceus, foliorum 200 (0^m,272×0,195), exaratus saec. XVII in.

Erat olim Altempsianus, et quidem " unus ex codicibus bibliothecae Altempsianae a Paulo Quinto manu regia excerptis, nunc vero a Ioanne Angelo ab Altaemps duce propriis sumptibus fidelissime ex suis originalibus transsumptus, ut bibliotheca praedicta tanto honore iam decorata non careret „ (fol. 1).

OTTOB. 940. (Fol. 2-200^v) Libellus beatae dominae Dorotheae et exortationis ad canonizationem = *BHL.* 2328.

CODEX 942

Chartaceus, foliorum sign. 180 (0^m,273×0,200), exaratus saec. XVII in.

Erat olim Altempsianus, et quidem "unus ex codicibus ... exceptis, nunc vero..." ut supra ad cod. 940.

1. (Fol. 1bis-125) Liber Iheroticon (*corr.* Ieronticon) de octo principalibus vitiis, in latinum de graeco translatum a B. Pascasio.

Praemisso prologo libelli *BHL.* 6531, sequuntur capita 100, quorum primum constat his: *BHL.* 6531, c. 1, § 1; *BHL.* 6527, lib. x, § 65 secundum aliam tamen recensionem (Inc. *Duo similiter fratres ad abbatem Pammo venerunt, ex quibus unus ait...*), demum *BHL.* 6525, c. 45; — ultimum vero totum constat ex *BHL.* 6535, c. 109, at illo in epitomen contracto. Ex quibus satis liquet librum hunc e variis libris de Vitis patrum esse compositum.

2. (Fol. 135-155^v) Sententiae patrum Aegyptiorum, quas de graeco in latinum transtulit Martinus Dumensis episcopus = *BHL.* 6535.

Quibusdam omissis, v. gr. cap. 109 (cf. ad **1**).

3. (Fol. 156-180) Liber secundus de vitis patrum contra originem ire praefatis.

Inc. *Iam dudum animis nostris insedit, dilectissimi fratres, monachorum singularis vitae propositum declarare atque omnium meritorum praeconia recensere, quo et ipsi malorum studio in melius crescant et aliis forma sint exemplum.*

Quidam frater... (= *BHL.* 6527, lib. v, § 18...) — Ultimum autem caput est: *Debet homo cor contritum et humiliatum habere. Non debet homo vitia aliena audire vel quaerere; et si audieris de aliquo qui inique agit, dic: "Nunquid iudex eorum sum? Homo sum „peccator. Quid mihi et vita aliorum?" Haec omnia qui observat, operarius est universae iustitiae sub gratia domini nostri Iesu Christi.*

4. (Fol. 180-180^v) De B. Effrem.

Alia recensio narrationis *BHL.* 6527, lib. x, § 21. Inc. *Cum transisset beatus Effrem, quaedam meretrix...*

Fol. 180^v: *Explicit liber de vitis patrum.*

CODEX 944

Chartaceus, foliorum A, B et sign. 91 (0,273×0,200), exaratus saec. XVII in.

Erat hic Altempsianus et quidem (cf. fol. B, 1 et 91) unus ex codicibus centum bibliothecae Altempsianae etc. ut ad cod. 942.

(Fol. 61ᵛ-91) De Gallia dominatione *(immo* De gallica profectione) Petri Damiani et eius ultramontano itinere = *BHL.* 6708. Оттов. 944.

CODEX 954

Chartaceus, foliorum A et sign. 89 (0ᵐ,273×0,203), exaratus saec. XVII in. Erat olim Altempsianus, et quidem unus ex codicibus centum bibliothecae Altempsianae etc. vix non ut supra ad cod. 940 (fol. A et fol. 1, 89ᵛ).

(Fol. 1-89ᵛ) Iacobi S. Georgii ad Velum aureum diaconi cardinalis (opus metricum de S. Petro Caelestino) = *BHL.* 6746-6749.

Desunt in *BHL.* 6746 epistula et versus auctoris de se ipso.— Reliquis omissis, des. *BHL.* 6749 : *Assumpsi narrare sacrum super aethera Petri* (=*Act. SS.*, p. 482 B, vers. 251). — Prologus *BHL.* 6749 et prologi I et II *BHL.* 6746 exscripti sunt fol. 74-89, cum superius praetermissi essent.

CODEX 992

Chartaceus, foliorum A, B et sign. 1-269, 280 (0ᵐ,296×0,216), exaratus saec. XVI a Raphaele Volaterrano de Maffeis. Cuius pronepos Paulus Maffeus volumen hoc dono dedit Alexandro papae VIII.

1. (Fol. 228-232) Vita B. Humilianae.

Inc. prol. *Raphael Volaterranus venerabili F. Andreae, Andreae filio, Florentino, ordinis observantiae Minorum professori, salutem in Domino. Humilianae viduae vitam a F. Vito Cortonense, tui ordinis olim viro, qui beati Francisci temporibus fuit, oratione potius longa quam decenti aut stilo virtutibus eius pari conscriptam mihi nuper misisti, rogans pariter ut lectione comodiore, quantum fas esset, interpolarem* — Inc. *Igitur Humiliana virgo Florentina patre Oliverio e familia Circorum admodum honesta* — Des. *Unde ob vitae labores pro Domino toleratos iure posset martyribus comparari, gratia tamen ac benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor...*

2. (Fol. 250ᵛ-251ᵛ) Vita B. Zenobii Florentini.

Auctore eodem. — Inc. *Zenobius, patria Florentinus, ex vetusta et nobili Hieronymorum prosapia natus est* — Des. *et nullas hostium metuunt impugnationes, gratia ac benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honos...*

CODEX 1033

Constat tum libro typis impresso (fol. 115 sqq.), tum codice foliorum 113 (0ᵐ,212 ×0,139) exarato variis manibus saec. XV.

Erat olim Reginae Sueciae et quidem *Volumen CCLXXVI non Petavianum. 1656* (fol. 1), prius autem *A. decani Xanctensis* (fol. 1 et 115).

OTTOB. 1033. **1.** (Fol. 1-62) <De sanctitate meritorum et gloria miraculorum B. Karoli Magni> = *BHL.* 1604.

2. (Fol. 62-105) Gesta B. Karoli in Hispania = *BHL.* 1590-1594, 1596.

CODEX 1153

Chartaceus, foliorum A (membr.) et sign. 232 (0m,298×0,205), exaratus saec. XV.

Erat olim Altempsianus.

Insunt Hieronymi Guarini et aliorum opera, inter quae :

(Fol. 14v-15v) Vita B. Lazari urbis Betaniae civis.

Inc. *Lazarus autem civis nobilissimus urbis Betaniae, qui et meruit a Domino Iesu Christo resuscitari, fuit corpore decorus, facie serena et longa per palmum cum dimidio, barba prolixa per pedem, nasu longo per digitum, fronte lata per pedem... Miles, comes et baro valde nobilissimus fuit... Cibus autem Lazari semper erat quinta pars vitulae, tertia pars arietis aut pavones duo...* — Des. *et nichil ex eo remansit nisi indumenta eius. Passus est autem beatissimus pontifex Lazarus in civitate Marsiliae die XVII mensis decembris.*

CODEX 1253

Membraneus, foliorum A et sign. 181 (0m,290×0,207), exaratus saec. XV a quodam B. Castanea (fol. 181v).

Erat olim Altempsianus.

Insunt Maffaei Vegii opera, inter quae :

1. (Fol. 52-61v) Mafei Vegii Laudensis de vita et officio B. Augustini liber.

Officium in quo nulla narratio hagiographica. Ultimis verbis subiuncta est haec rubrica : *Fabriani.* Lectiones ex operibus Augustini et ex homilia sunt desumptae.

2. (Fol. 62-76v) Mafei Vegii Laudensis de vita et officio B. Monicae liber = cod. Vatic. 5860[1].

3. (Fol. 77-85v) Mafei Vegii Laudensis de vita et obitu atque officio B. Nicolai Tollentinatis liber.

Officium, cui subiuncta est rubrica (fol. 86v) : *Romae apud Sanctum Petrum.*

Lectiones in die festo (fol. 78-82v) et per hebdomadam (fol. 83v-85v) desumptae sunt " ex historia S. Nicolai ". Inc. *Nicolaus ex Piceno ortus fuit, ex oppido quod Sancti Angeli vocatum est sub Firmana civitate. Habuit patrem Compagnonum, matrem vero Amatam* —

Des. *qui est magnus et potens et admirabilis per omnia saecula saeculorum.* OTTOB. 1253.

4. (Fol. 86-119) De vita et obitu B. Monicae ex verbis S. Augustini = cod. Vatic. 5860[2].

Sequitur rubrica (fol. 119): *Romae apud Sanctum Petrum.*

5. (Fol. 119ᵛ-141) Mafei Vegii Laudensis de vita et obitu Caelestini quinti = *BHL.* 6752.

Subiunctum est: *Romae apud Sanctum Petrum IV non. maii M.CCCC.XL V°.*

6. (Fol. 141-181ᵛ) Mafei Vegii Laudensis de vita, obitu atque officio B. Bernardini.

Officium, in quo legitur:

7. (Fol. 142ᵛ-181ᵛ) Vita B. Bernardini = *BHL.* 1189.

Des. *curat ope,* addita rubrica: *Romae apud Sanctum Petrum kal. iunii M. CCCC. LIII°.*

CODEX 1720

Chartaceus, foliorum 60 (0ᵐ,311×0,216), exaratus saec. XVI.

Erat olim Altempsianus.

(Fol. 22ᵛ-42) De ortu, vita[e] et obitu sanctorum patrum qui in veteri e<t> novo testamento virtutibus claruerunt liber = *BHL.* 6544.

CODEX 1737

Membraneus, foliorum A et sign. 143 (0ᵐ,276×0,179), exaratus saec. XII.

Erat olim *Liber Sancte Marie de Turpenaio* (fol. 143, manu saec. XIII). Vid. etiam fol. 1: *Iste liber est de Turpiniaco, comodatus domino archiepiscopo Turonensi die XII iullii M. IIIIc XL VII, de quo abbas et conventus habent litteram;* cf. fol. 141ᵛ.

Fuit postea, ut videtur, Reginae Sueciae signatus 1482 et 584.

(Fol. 112-142) Vita S. Antonii = *BHL.* 609.

Deest epilogus Evagrii.

CODEX 1939

Membraneus, foliorum 116 (0ᵐ,290×0,195), exaratus manu beneventana saec. XI extr.

Fol. 1, manu saec. XV: *Iste est liber sacri monasterii Casinensis, n° 812* deinde fuit Altempsianus.

(Fol. 116-116ᵛ, 115-115ᵛ, alia manu beneventana saec. XI extr.) <Vita S. Euphrasiae> = *BHL.* 2718.

OTTOB. 1939. Foliis perditis, inc. mutila : *Et actum est ut Eupraxia arras acciperet* (= *P. L.*, c. 4 sub init.)... et des. *abbatissae pronuntio. Dixitque Iulia : Etiam ut* (ibid., c. 15 med.).

CODEX 2371

Chartaceus, foliorum 81 (0^m,285×0,201), exaratus saec. XV.

Insunt **1.** (fol. 1-30, 30-37, 37-72) tres epistulae spuriae de S. Hieronymo *BHL.* 3866-3868, tum etiam **2.** (fol. 74-77^v) Vita S. Hieronymi *BHL.* 3869.

CODEX 2377

Chartaceus, foliorum A, B et sign. 266 (0^m,286×0,215), exaratus saec. XVI in. a Raphaele Maffeo Volaterrano.

1. (Fol. 255-255^v) Historia SS. Actineae et Graecinianae in senas lectiones diducta.

Inc. *Actineae et Graecinianae hodierna die memoriam quibus decet laudibus celebremus, eoque libentius quo patriam hanc nostram suo sanguine decoraverunt* — Des. *posteris occasio daretur.*

2. (Fol. 256^v-257^v) S. Victoris historia.

Inc. *Victor genere Mauritanus, nobili ortus prosapia, ab initio christianus* — Des. *ut non solum ipsius sancti, sed etiam pontificis optime de hac urbe meriti nobis in benedictione memoria foret.*

3. (Fol. 258-259) Historia S. Octaviani.

Inc. *Imperante in Oriente christianissimo principe Iustiniano* — Des. *ad eandem ut ille pervenire gloriam mereamur gratia ac benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor... Amen.*

4. (Fol. 259-260) Historia SS. Iusti et Clementis.

Inc. *Imperante siquidem in Oriente* etc. ut supra, **3.** — Des. *pristinum nomen recuperavit.*

5. (Fol. 260^v-261^v) <Historia SS. Actineae et Graecinianae>.

Inc. ut supra, **1.** — Des. *ut earum exemplum imitandi praestaretur occasio.*

6. (Fol. 264-266) Historia B. Zenobii in lectiones IX diducta = cod. 992[2].

CODEX 2516[1]

Foliorum 236. Constat simul compactis bene multis codicillis variae formae (max. 0^m,32×0,23), aliis chartaceis, aliis membraneis, exaratis saec. XIII-XVI.

Folia 39-43^v, chartacea, exarata saec. XV.

1. (Fol. 39-43^v) <Vita et Miracula S. Ludovici ep. Tolosani>.

Videtur esse scriptoris autographum. Foliis perditis, supersunt mira-

cula post mortem et ultima pars Vitae, quae inc. mutila : *virga sacrificium tetigit per ignitam orationem, et sic angelus iste alis caritatis omni flamma caelum ascendit per attrahentem dilectionem* — Des. Miracula : *salutem animarum pariter et corporum consequantur, gratiam in praesenti et gloriam optineant in futuro. Amen.* — Partem aliquam miraculorum ex hoc codice edidit Ios. Presutti, apud *Archivum Franciscanum historicum*, t. I (1908), p. 560-76. Ottob. 2516.

Folia 44-46, chartacea, exarata saec. XIV.

2. (Fol. 44-46v) <Recognitio facta anno 1313 processus canonizationis S. Thomae Herefordensis episcopi confecti anno 1307>.

Inc. *In nomine Domini. Amen. Anno Domini a nativitate ipsius millesimo trecentesimo XIIIo. ind. XI, die XI maii... reverendi patres et domini Dominus Nicolaus Dei gratia Ostiensis et Velletrensis episcopus, Berengarius tituli Sanctorum Nerei et Archilei, Raymundus tituli Sanctae Potentianae* — Reliquis omissis, des. mutila : *ad procedendum ulterius in negotio memorato.*

CODEX 2523

Chartaceus, foliorum sign. 107. Constat duobus codicibus exaratis saec. XV.

II. Folia 77-107 (0m,282×0,203).

(Fol. 85-88) Anselmus de conceptione B. Mariae matris Iesu Christi.

Ed. in *Legendae aureae* (ed. Graesse) appendice c. 189 (188), § 1-4.

CODEX 2595

Chartaceus, foliorum sign. 938 (0m,275×0,203), exaratus saec. XVIII.

Fuit aliquando Philippi de Stosch.

Inest (fol. 1-904v) Chronica Andreae de Redusiis de Quero, cancellarii communis Tarvisii, ab anno 1211 ad annum 1428, et praeterea

(Fol. 906-920v) Legenda gloriosissimi confessoris S. Prosdocimi, qui baptizavit Vitalianum regem Paduae et comitem Tarvisii, ex quo descenderunt domini de Colalto comites Tarvisii = *BHL.* 6961, 6960.

Omissis appendicibus, des. *mereamur cum illo vitam aeternam percipere. Amen.*

CODEX 3175

Chartaceus, foliorum 385 (fere circ. $0^{m},270 \times 0,195$), exaratus saec. XVIII. Tomus III (iulius, augustus, september).

1. (Fol. 102-115^{v}) Passio S. Iustini mart. metro scripta a ven. Beda presb. = *BHL*. 4580.

Ex editione operum Bedae, t. III.

2. (Fol. 116-123^{v}) Carmen de SS. Machabeis mart. Marii Victorini = *BHL*. 5112.

Ex *Bibliotheca patrum*, t. IV, p. 297.

3. (Fol. 224-240^{v}) Versus de vita et morte S. Mammetis monachi et mart. Walfridi Strabonis = *BHL*. 5197.

Ex *Bibliotheca patrum*, t. XV, p. 205. Desunt prologus et oratio.

4. (Fol. 302^{v}-303^{v}) B. Agobardi ep. Lugdunensis carmen de translatis Lugdunum reliquiis ss. mm. Cypriani, Sperati et Pantaleonis = *BHL*. 2045.

Ex editione Pamelii.

CODEX 3388 (prius XLII. 73)

BARB. 3388.

Chartaceus, foliorum 330 (fere circiter $0^m,270 \times 0,195$), exaratus saec. XVIII. Tomus IV (october, november, december).

(Fol. 309-315) Carmen rytmicum historicum allegoricum et morale de martyrio S. Thomae Cantuariensis archiep. = *BHL.* 8222, 8224.

Ex tomo IV operum Stapletonii.

CODEX 3410 (prius XLII. 95)

Chartaceus, foliorum 130. Constat simul conglutinatis foliis et codicillis variae formae (fere circ. $0^m,275 \times 0,190$), partim impressis, partim exaratis variis manibus saec. XVIII.

Fuerunt haec olim Iacobi Laderchii.

(Fol. 1-10) <Vita metrica SS. Duodecim Fratrum> = *BHL.* 2299.

Reliquis omissis, des. *Ira libido odium discordia si qua vel huius* (= *Act. SS.*, num. 19 med.).

CODEX 3430 (prius XLII. 115)

Chartaceus, foliorum 6 et paginarum sign. 286 ($0^m,316 \times 0,235$), exaratus anno 1706 a die aprilis ad diem 14 maii a Iacobo Laderchio (cf. fol. 1 et pag. 1 et 182).

Insunt " Acta passionis SS. Crisci et sociorum martyrum... a I. Laderchio... asserta et illustrata „

(Pag. 8-158) <Passio SS. Crescii et sociorum> = *BHL.* 1987.

CODEX 3433 (prius XLII. 118)

Chartaceus, foliorum A et 264 variae formae (max. $0^m,349 \times 0,232$), exaratus saec. XVIII partim a Iacobo Laderchio (fol. 1-12, et 139-263), partim ab amanuensi eius.

Est hoc exemplar prelo paratum operis Laderchii : *S. Coeciliae virginis et martyris Acta et Transtyberina basilica...*, quod anno 1722 edidit. Insunt :

1. (Fol. 13-35v) Historia passionis ss. mm. Caeciliae virginis, Valeriani, Tiburtii et Maximi = *BHL.* 1495.

2. (Fol. 36-42v) Vita S. Urbani papae et mart. = *BHL.* 8373.

3. (Fol. 43v-46) Revelatio domni Paschalis papae in basilica B. Petri de inventione corporis B. Caeciliae = *BHL.* 1499.

4. (Fol. 61-81) <Passio S. Caeciliae> = *BHL.* 1495.

5. (Fol. 83-89) <Passio S. Urbani papae> = *BHL.* 8373.

APPENDIX

I. Narratio de Martino monacho.

Narrationem hanc de Martino nescio quo monacho seu abbate, quae inter alios libellos de Vitis patrum, praesertim Aegyptiorum, in sex codicibus legitur, neque in editis reperire contigit, neque in aliis bibliothecis nos invenisse meminimus. Eam proferimus ex codicibus :

1 = *Vaticano 1201, saec. XI, fol.* 71^v*-72 ;*

2 = *Vaticano 5411, saec. XI/XII, fol.* 64^v*-65 ;*

3 = *Urbinate 48, saec. XIV extr., fol. 73 ;*

4 = *Vaticano 1199, saec. XV, fol.* 233^v*-234.*

Inest praeterea in codicibus Vaticano 1200, saec. XV, fol. 233, et Palatino 179, saec. XIV extr. (1).

Sed et de famulo Dei Martino referimus. Soror namque eius cum filio suo abiit ad eum in monasterium [1], ut post multa tempora visitaret eum. Ipse autem sororem suam non adquievit quidem suscipere nec videre, filium autem eius [2] suscepit. Qui intente deprecabatur eum [3], et petebat [4] ut susciperet tunicam et pallium, quae [5] detulerat [6] ei. Sed noluit penitus suscipere, dicens : “ Quia [7] ab infantia mea usque ad [8] hanc horam Dominus [9] „ Deus me gubernavit, etiam et usque in finem exitus mei ipse „ mihi praebet omnia [10] quae necessaria sunt. Non enim expe„ dit a parentibus carnalibus haec exspectare vel suscipere. „ Ille autem prostravit se ad pedes eius, dicens : “ Non tamquam „ parenti, sed tamquam servo Dei et monacho offerimus haec. „ Respondens autem beatus abbas [11] Martinus dixit ei [12] : “ Per „ quae monasteria venistis [13] de itinere ad nos ? „ Qui respondens dixit ei : “ Plurima monasteria transivimus. „ At ille : “ Et „ quare „, inquit [14], “ non dedistis ex his vestimentis eis tam-

[1] monasterio 4. — [2] *om.* 4. — [3] *om.* 2. — [4] (et p.) *om.* 4. — [5] quod 4. — [6] tulerat 2. — [7] Qui 1 *corr. al. m.*, 3. — [8] in 4. — [9] *om.* 4. — [10] *om.* 4. — [11] (b. a.) a. b. 3. — [12] *om.* 2. — [13] venisti 4. — [14] *om.* 4.

(1) Cf. supra pp. 71[12], 131[7], 289[9], 68[14], 69[11], 251[2].

„ quam [15] servis Dei et monachis ? „ Ipse vero respondens dixit : “ Quia nulli aliquid dedimus. „ Ait ergo ad eum beatus Martinus : “ Ecce manifestum [16] est quia non ut servo Dei et „ monacho, sed tamquam parenti et propinquo vestro haec ad „ me detulistis. „ Noluit ergo suscipere. Orationem tamen pro eis intentissime faciens, pro salute animarum eorum Dominum [17] deprecatus est, et ita dimisit eos praecepitque eis ut ulterius numquam venirent ad eum.

— [15] et 4. — [16] **magnifestum 3.** — [17] *om.* 4.

II. Legenda S. Rainaldi episcopi Nucerini.

Legerat apud Ludovicum Iacobillum Henschenius noster Vitae S. Rainaldi ab eius discipulo scriptae exemplaria manuscripta antiqua cum in ecclesia maiore Nucerina, tum alibi servari (1). *Hanc tamen nancisci non potuit, sed eiusdem dumtaxat versionem italicam, quam latino sermoni restitutam* (2) *edidit* (3). *Operae igitur pretium erit ipsum libellum antiquiorem typis mandare, quem praebuerunt duo codices :*

1 = *Vaticanus lat. 3921, saec. XVI, fol. 26-29*^{v} (4);

2 = *Romanus, Bibl. Alexandrinae 91, saec. XVI extr.-XVII in., fol. 620-628* (5).

Reperto illo libello ditiores factos esse hagiographos nemo censebit ; immo hunc praecipuum fructum afferet ut confirmetur id quod iam ex versione italica, licet contracta, quadamtenus intellexerat Henschenius (6), *Vitam a discipulo S. Rainaldi nequaquam esse conscriptam. Ut enim alia omittam, obiit Rainaldus anno 1225 vel 1226, meminit autem Vitae scriptor de septimo ipsius successore Alexandro, qui anno 1327 vel 1328 episcopus est factus (Vita, c. 8). Utrum autem id saltem tuto credi possit quod innuere videtur lemma libello praefixum, Vitam a recentiore scriptore confectam esse ad ea quae sancti minister olim rettulisset, maxime dubium videtur, tum quia nullo vel levi indicio confirmatur quamlibet narrationis partem testimonio huiusce ministri niti, tum etiam quod plurima quae*

(1) Cf. *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 373, num. 2. — (2) Cf. ibid., num. 3. — (3) Ibid., p. 373-76. — (4) Cf. supra, p. 107[5]. — (5) Cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 141-42[63]. — (6) Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 373, num. 3.

facilius ab eo, qui cum sancto familiariter vixisset, cognosci ac proin referri potuissent, certo certius non ab huiusmodi homine accepit scriptor, sed a Sulpicio Severo furatus est. Nuper enim ostendit v. cl. F. Mari (1) *omnia quae Vitae c. 9-19 narrantur ex his fraudulenter desumpta atque saepe ad verbum exscripta esse quae Sulpicius in Vita, Epistulis, Dialogis de S. Martino Turonensi episcopo memoriae tradidisset.*

Incomposite et sine ordine scriptus est libellus; quod autem sermo est incultus et minus emendatus, id non auctori, sed librariis praesertim vitio est dandum. Ipse enim scriptor nonnullis in locis sermone utitur, ut illis temporibus, satis bono. Librarium vero peccasse aliis in locis non paucis apparet, in quibus modo 1, modo 2 genuinam lectionem corrupit. Exemplo sit locus luculentus (c. 15), in quo manifeste ab auctore scriptum erat: dum exire tentaret, sed nequiret; *quae ita exscripta sunt ab 1*: dum exire tentaret sed requiret, *et ab 2:* dum ex ira tentaret sed nequiret. *Mendosum etiam erat exemplar ex quo utrumque seorsum est exscriptum. Conferantur enim v. gr. haec:*

Sulpicii Vita S. Martini, c. 26 : quamquam etiam inter legendum aut si quid aliud forte agebat, numquam animum ab oratione laxabat.

Apographa 1, 2 Vitae S. Rainaldi, c. 14 : Intelligendum tamen et operandum numquam animam ab orare (oratione *1 post corr.)* cessabat.

Non dubitavimus igitur, adhibita, ubi usus erat, Vita S. Martini, alibi autem probabilibus coniecturis, verba in apographis tradita emendare, ut fierent perspicua. Loci tamen supersunt nonnulli ita vitiati ut, donec exemplar aliud inveniatur, remedium vix ac ne vix quidem afferri posse videatur.

Haec est vita seu legenda beati Raynaldi episcopi Nucerini.

Incipiunt aliqua memora<bi>lia de vita beati Raynaldi episcopi Nucerini, sicut ab antiquis relata sunt, quae veridica [1] relatione [2] retulit minister eius, qui illi servivit pluribus annis.

Lemma. — [1] iuridica 2. — [2] *om.* 1.

(1) *Di un curioso esempio di plagio agiografico, in* Rivista storico-critica delle scienze teologiche, anno V (1909), p. 925-33.

1. Sicut antiquorum traditio affirmavit, cum tranquillitas a Deo fuisset reddita Latinis post maximas tempestates barbarorum, imperatores Alemanorum [1] venientes in Italiam incultas regiones comitibus et nobilibus dederunt, qui cum eis veniebant. Tres autem comites germani fratres de Alemania [2] ex originali ergastulo imperii venientes, scilicet Lupus, Vicus et Eufredus, et istis datae sunt possessiones, videlicet Lupo circa Camerinum longe [3] lateque, et de isto descenderunt nobiles de Alviano et de Viscolis [4]. Vicus vero accepit convallia et montalicia ab urbe Nucerina usque ad confinia Foris Flaminii [5] destructi [6], et de isto Vico plurimi descenderunt episcopi et abbates, et de istis fuit beatus Raynaldus. Eufredus vero accepit possessiones circa Fulgineum et supra Mevaniam [7], de quo plurimi descenderunt, et ultimo dominus Raynaldus Neapoleonis, verus sacerdos Dei (1). Raynaldus servus et amicus Altissimi Nucerinae civitatis fuit episcopus.

2. Hic vir sanctus nobili ortus genere, ex progenie filiorum Vici [1] nobilioris [2] cunctis comitibus de Alemania [3], nobilior fuit sanctitate mentis et perfectae vitae, et ab ipsa infantia crescens in sanctis moribus, Deo et hominibus exstitit gratiosus, et litteris ecclesiasticis et grammaticalibus eruditus fuit ; et cum divitiis et honoribus parentum uti posset [4], sicut alii nobiles patriae et regionis, inspiratus a Deo pompam huius mundi et fallaces divitias dereliquit et in venerabili monasterio Heremi Sanctae Crucis Fontis Avellanae ad serviendum Deo se reclusit [5], ieiuniis, vigiliis, sanctis orationibus et meditationibus exercitatus Deo fideliter adhaesit.

3. Moriente autem Hugo episcopo Nucerino, vir Dei [1] Raynaldus, divina inspirante [2] providentia, effectus fuit Nucerinus episcopus, ipso quoque plurimum refutante ; sed divina providentia
Ps. 106, 32. est exaltatus in ecclesia plebis et in cathedra [3] seniorum patrum [4]
pontificum sublimatus, qui eum praecesserunt. Et vir Dei Ray-

1. — [1] Barbarorum 1. — [2] Almania 1. — [3] longos 1. — [4] Visculis 1. — [5] Flaminei 1. — [6] destruti 2. — [7] Mevaneam 1.

2. — [1] Vichi 1. — [2] nobilior 1. — [3] Alamania 1. — [4] (pa. u. po.) centum u. possessionibus 2. — [5] reduxit 2.

3. — [1] (v. D.) hic dum 1 ; hic Dei 2. — [2] inspiratione et 1. — [3] catedra 1 ; chatedra 2. — [4] patruum 1, 2.

(1) In versione italica omissum est hoc, et de solo Vico, non vero etiam de Eufredo, Rainaldus " descendere „ dictus est.

naldus eandem humilitatem et morum gravitatem tenuit exsistens episcopus, sicut ante observaverat manens religiosus. Viduis, pupillis et orphanis benignus erat, et peregrinis [5] et pauperibus caritativus, devitans curiosa aedificia facere et pecunias aggregare [6]. Sed cuncta quae extra congruum victum et vestitum suum et clericorum suorum et familiae superabant [7] indigentibus et pauperibus erogari faciebat. Cum vero in Nuceria quidam puerulus pauper orbatus patre et matre remansisset spretus ab omnibus et derelictus, cum inopia torqueretur, vir Dei Raynaldus ipsum puerulum sibi [8] adduci [9] fecit, et paterna pietate in episcopatu nutriri fecit [10]; cum aliquantulum crevisset, peram illi ad collum aptare fecit, et omni die ante mensam suam venire faciebat, et primum ad se, postea ad omnes alios clericos et laicos secum comedentes [11] elemosynam petere docuit, et ut diceret : " Amore „ Dei et beatae Mariae Virginis mihi pauperculo date elemosy- „ nam. „ Et hoc faciebat verus sanctus, ut semper Christi pauperis memor esset et Iesum Christum in suo pauperculo gubernaret.

4. Vir Dei Raynaldus in se ipso rigidus et severus lectum suum a ministris [bene [1]] stratum bene de sero vitabat [2], de nocte orationibus intentus per totam noctem [3] vigilabat ; cum tamen [4] sopor nocturnus illum opprimeret [5], super tabulam [6] et pavimentum saepius dormiebat, et cum cubicularius eius de mane surgebat et cameram Dei viri Raynaldi intrabat, lectum intactum inveniebat, secundum quod [7] de sero aptaverat. Imitabatur [8] fideliter vir [9] Dei Raynaldus beatum Facundinum episcopum, anticum antecessorem suum, qui in eodem episcopatu perfectione multa et sanctitate floruit et nocturnis orationibus devote intentus lecti mollitiam declinavit et in loco solitario orando ad Dominum migravit.

5. Zelo divinae iustitiae vir [1] Dei Raynaldus accensus, sicut benignus erat, bonus et pius peccatoribus contritis [2] et humilibus, tantum [3] severus erat et iustus [4] perversis et malignis. Nam

— [5] perregrinis 2. — [6] agregare 2. — [7] superabatur 2. — [8] *om.* 2. — [9] aduci 2. — [10] (pa. pi. in e. n. f.) *om.* 2. — [11] et *add.* 1.

4. — [1] *deletum a corr. in* 1. — [2] notabat 2. — [3] noctam 1. — [4] tantum 2. — [5] opprimerat 2. — [6] tabulas 2. — [7] (s. q.) sicut 2. — [8] *ita 2 corr. in marg.*; Ortabatur 1, 2. — [9] viri 1 ; verus 2.

5. — [1] viri 1 ; ver 2. — [2] contriti 2. — [3] ita 2. — [4] iustis 1, 2.

episcopatum suum circuibat clericos corrigendo et reformando et populos sibi commissos fideliter gubernando. Et cum quidam perversi ecclesiam Sancti Petri districtus Gualdi spoliassent paramentis et libris et domos ibi prope in Costa succendissent, vir Dei Raynaldus ad plebem Sanctae Felicitatis accedens et, convocatis clericis et laicis, maleficos[5] illos maledictionis vinculo et anathematis innodavit. Diligebatur a bonis, quia iustus et sanctus ; timebatur a malis, quia corrector erat rigidus et severus.

6. Eodem vero tempore quo vir Dei Raynaldus episcopus erat in Nuceria[1], venerabilis et perfectus Dei servus beatus Franciscus, imitator verus[2] domini nostri Iesu Christi et professor sancti evangelii, cum suis fratribus praedicando paenitentiam et viam salutis, multos ad Christi servitium perducebat[3], et sicut stella[4] relucendo, illuminando populos christianos et religiosos et laicos verbo pariter et exemplo, cum beato Francisco serafin apparens sacris stigmatibus insignivit eum. Beatus vero Raynaldus episcopus, senectute[5] maceratus, vigiliis[6] et orationibus, cum feliciter tempus suum in Dei servitio consummasset, ornatus virtutibus migravit in pace ad Dominum. Quem omnipotens Deus in signis mirabilibus[7] declaravit esse[8] sanctum, et a fidelibus canonicis et clericis conditus aromatibus et balsamo in ecclesia reconditus fuit in[9] canonica sua intra arcem[10] cum iubilo et gaudio populi Nucerini. Atque[11] Ugo[12] episcopus, qui beatum praecessit, anno Domini MCCXXII, et Pelagius, qui beato Raynaldo successit, anno Domini MCCXXVI[13] (1) ; unde videtur quod beatus Raynaldus tribus annis episcopus fuit migravitque ad Dominum et miraculis claruit (2). Pelagio[14] vero successit Bevegniates[15] episcopus anno Domini MCCXXVIII, Guido vero episcopus successit anno Domini MCCIII[16] usque ad[17] XL, Bernardus episcopus et Philippus episcopus[18] succedens Bernardo[19] anno Domini MCCLVII.

— [5] omnes *add.* 2.

6. — [1] (in N.) Nuceriae *corr. in* 1. — [2] *om.* 2. — [3] producebat 2. — [4] stelle 1. — [5] se et totum 2. — [6] vigilis 1. — [7] (in s. m.) insignis miraculis 1 ; insignis m. 2. — [8] eum 1. — [9] *om.* 1. — [10] arcam 2. — [11] eique 1. — [12] Ergo 2. — [13] millesimo CCVI 1. — [14] Pelagius 1. — [15] Bevignate 1. — [16] M°CCIII° 1 ; MCC. 2 *(utrumque mendosum)*. — [17] *om.* 2. — [18] (et Ph. e.) *om.* 2. — [19] Leonardo 2.

(1) *MCCXXV* in versione italica. — (2) Quae sequuntur usque ad c.7 omissa sunt in eadem versione. De his episcopis cf. C. Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi,* t. I (1898), p. 390-91.

7. In praeteritis vero temporibus cum arces fortes in summitate Nuceriae pro imperatore Federico custodirentur, inferius in civitate ad matrem sanctam ecclesiam [1] redire volebant. Theotonici vero et Fulginates, contra Nucerinos indignati, fraudulenter per arces intrantes, Nucerinos invaserunt et ipsos de terra expulerunt anno Domini MCCXLVIII [2] (1) et terram destruxerunt, reservata arce suprema, muris fortissimis et turribus [3] circumdata. Et tunc tribulabantur [4] valde ubique fideles [5] ecclesiae; canonici, monachi, sacerdotes et clerici omnes fugiebant, relictis [6] ecclesiis; et tunc Nucerina canonica [7] viduata Theotonicorum stipendiariorum [8] et praedonum spelunca effecta [9] est et stabulum iumentorum, in qua cubicula fornicatorum strata; cum suis uxoribus et concubinis custodes permanebant, [10] non reverentes beati Raynaldi sacrum corpus et aliorum episcoporum ibi quiescentium; et ista de causa paramenta, libri et vasa ecclesiae perdita sunt. Annotata, ut credimus, fuerant [11] ante.

8. Dei [1] autem iusto [2] iudicio Federicus mortuus est iuxta annos [3] Domini MCCL, et rex Corradus filius eius et Manfredus [4] et Corradinus [5] in bello occubuerunt, et sic, reddita a Deo pace sanctae ecclesiae, Nucerini [6] redierunt et civitatem restauraverunt, et muros et turres arcis destruxerunt, et canonicam reformaverunt, et corpus beati Raynaldi, sicut primitus, in devotione habuerunt. Philippus (2) vero episcopus fuit ab anno Domini MCCLVII [7] usque ad annum Domini [8] MCCLXXXV in episcopatu, Fidismundus [9] vero praefuit post eum annis tribus; Iohannes vero episcopus [10] praefuit ab anno Domini MCCLXXVIII usque ad annum MCCCXXVIII; postea praefuit Alexander episcopus de ordine Minorum [11], natione Perusinus [12], de Vinciolis.

Cum (3) post desolationem maximam Gotorum, quae oppressit

7. — [1] (m. s. s.) mandata ecclesie sancte 1. — [2] MCC49. 2. — [3] (et t.) *om.* 2. — [4] tribulantur 1. — [5] fidem 2. — [6] derelictis 2. — [7] et clericis *add.* 1. — [8] stipendiorum 2. — [9] facta 2. — [10] et *add.* 2. — [11] fuerunt 1.

8. — [1] Dum 1. — [2] iuxta 2. — [3] (i. a.) circa annum 1. — [4] Monfredus 2. — [5] Carrodinus 2. — [6] Nucerinae 2. — [7] MCC56. 2. — [8] *om.* 2. — [9] (in e. F.) F. in e. 2. — [10] *om.* 2. — [11] de *add.* 2. — [12] Perusina 2.

(1) *MCCXLIX* in eadem versione. — (2) Nomina episcoporum *(Philippus... de Vinciolis)* omissa erant in eadem versione. — (3) Quae sequuntur usque ad c. 9 legebantur quidem in eadem versione, sed ab Henschenio praetermissa sunt " ut supervacanea „.

Latinos circa annum Domini V^{c} [1] per annos XVI, et Longobardorum [2] tempestate, qui [3] exterminaverunt Italiam, et duravit per annos XXXV, et per beatum Gregorium papam, quartum doctorem sanctissimum, sedata [4] fuisset anno [5] Domini DLX, et ultimo per Carolum Magnum Longobardorum [6] potentia [7] eradicata est circa annos Domini VIII^{c} [8], novissime vero a Saracenis discurrentibus [9] Apuleam, Campanam [10], Tusciam [11], Vallem Spoletanam [12], Marchiam Anconitanam [13], supplantata fuit, occisis populis et fugatis [14], et terris exterminatis, quae silvestres effectae sunt, iacuitque desolata civitas Spoletana per annos centum et tota regio. Postea [15] vero tempore Ottonis [16] primi [17] christianissimi imperatoris restaurata fuit circa annos Domini DCCCCL[18] et aliae terrae ducatus [19] restauratae fuerunt, sicut Spellum, Asisium ; aliae vero, sicut Forum Flaminium [20], Trevia, Plana [21], Bevania [22], Bittonia [23] et Eugubia, Plana, Thadinatum, Rosella, Plestea et loca istarum [24] oppida facta sunt [25]. Eugubium in monte Sax^{tum} Trevium, Bevaniam [26], Bittoniam [27], et Nuceria [28] Thadinati successit in episcopatu secundum [29] historiam assumptam de libris nobilium. Cum inculta esset patria, aliqui pauperculi homines Thadinati, destructis [30] totius regionis silvestris et desolatis [31], congregati insimul, consilio habito [32] inter se reconstrui [32*] Nucerinam [33] arcem, exterminatam restauraverunt et fortificaverunt in suum reductum [34] et refugium tutum, ne barbari et Saraceni, si ulterius discurrerent, eos opprimere nec capere possent. Et ita Nuceriam [35] restauraverunt et Thadinatum [36] civitatem in ruinis [37] reli[n]querunt, nec ultra ad illam redierunt. In Nuceria vero constructa fuit ecclesia in honorem Virginis gloriosae Mariae et divinus cultus ibi reformatus. Post haec Romanus pontifex episcopatum in Nuceria construxit et episcopatus [38]

[1] V 2. — [2] logobardorum 1 ; longo Bardorum 2. — [3] que 1. — [4] sedite 2. — [5] annos 1. — [6] logobardorum 1. — [7] patientia 2. — [8] 8° 2. — [9] descurrentibus 2. — [10] Campaneam 2. — [11] Tussiam 1. — [12] Vallis Spoletane 1. — [13] Anconetanam 2. — [14] (et f.) effugatis 1. — [15] ppea 1. — [16] Octoni 1, 2. — [17] primo 1 ; secundi 2. — [18] VIIII^{c} C. 1 ; 950. 2. — [19] alique *add.* 1. — [20] Flamineum 1. — [21] Planum 2. — [22] Bevanea 1 ; Mevania 1 *corr.* ; Bevaniam 2. — [23] Bictonia 1 ; Bittonam 2. — [24] istorum 2. — [25] vel fuerunt *add.* 1. — [26] Mevaneam 1.— [27] Bictoneam 1. — [28] Nuceriam 1 *ante corr.*, 2.— [29] (s. h. a.) historia assumpta 1. — [30] destructi 1. — [31] desolate 1. — [32] (c. h.) *om.* 2. — [32*] recostrui 2. — [33] Nuceriam 2. — [34] reditum 2. — [35] Nucerium 1. — [36] Thadinatam 1. — [37] (in r.) minis 2. — [38] episcopatum 2.

Rosellae et Thaini in Nuceria adunavit, et ecclesia<s> Vsentis [39] et Plestiae illi coniunxit, et populos eorum et communitatem in Nuceria annuatim praeponi [40] instituit [41], ad conservanda iura publica, communia et spiritualia.

9. Fuit namque beatus Raynaldus multae humilitatis. Nam leprosum quendam cunctis horribilem obvium habens ipsum osculatus Vita, 18. est [1] atque benedixit, et [2] statim mundatus est. In secretario quoque rediens Dial. II, 1. numquam cathedra usus est; nam in ecclesia [3] nemo illum unquam sedere conspexit. Sedebat autem [4] in sella rusticaria, quas tripodes [5] vocant [6].

10. Multaeque dignitatis. Par [1] apostolis [2] dictus est (1), et hoc propter [3] gratiam Spiritus sancti, quae in eum in specie ignis ad robur descendit, sicut fuit in apostolis. Legitur enim quod quadam vice, dum beatus Raynaldus solus in camera staret [4], duo sui familiares prae foribus exspectarent, subito mirabili honore plures Dial. II, 13. in camera audiunt insimul colloquentes. De quo cum postmodum Raynaldum requisissent, ille ait: " Dicam vobis; sed quaeso quod nulli „ dicatis. Maria, Agnes et Thecla [5] ad me venerunt. „ Nec [6] tantum illa die, sed saepius se ab eis confessus est visitari, et Petrum et Paulum a [7] se saepe videri asseruit,

11. Multae iustitiae. Cum enim ab imperatore, nomine Federico, invitatus fuisset et Raynaldo poculum primo fuisset oblatum, sperantibus cunctis ut post se regi tribueret, presbytero suo Vita, 20. dedit, nullum existimans digniorem qui post se deberet bibere, et indignum iudicans si aut regem aut regi [1] proximos presbytero praetulisset.

12. Multae patientiae [1]. Tantum [2] enim in omnibus [3] patientiam Vita, 26. servabat, quod, cum esset summus sacerdos, impune saepe a clericis laedebatur, nec a sua caritate propter hoc repellebat. Nemo maerentem, nemo Vita, 27. ridentem <illum vidit>. Nunquam [4] in illius corde nisi pax, nisi pietas, nisi misericordia [5] inerat.

13. Legitur quoque quod cum beatus Raynaldus quadam vice in veste hispida, nigro [1] et pendulo pallio circumtectus, super asellum prae- Dial. II, 3.

— [39] Bentis 2. — [40] proponi 2. — [41] constituit 2.

9. — [1] *om.* 1. — [2] *om.* 1. — [3] ea 2. — [4] namque 2. — [5] tripedes 2. — [6] vocabant 1.

10. — [1] per 1 *ante corr.*, 2. — [2] apostolos 2. — [3] per 2. — [4] starat 2. — [5] Theodra 1. — [6] non 2. — [7] ad 1.

11. — [1] regis 1.

12. — [1] fuit *add. al. m. in* 1. — [2] Tantam 1 *post corr.* — [3] (in o.) *om.* 2. — [4] Unquam 2. — [5] gaudium 2.

13. — [1] *om.* 2.

(1) Ita etiam S. Martinus. Cf. *BHL.* 5652.

cederet[2], equis de contra venientibus expavescens[3] militantes in terram saltu praecipiti se dedere et Raynaldum arripientes graviter verberaverunt. Ille autem mutus caedentibus terga vertebat, sed magis illi furebant eo quod ille quasi non sentiens verbera[4] illata contemnere[4*] videbatur. Protinus animalia[5] adeo[6] fixa in humo[7] permanebant ut quantumcumque[8] flagellata[9] velut[10] saxa moveri[11] non possent[12], quousque ad Raynaldum redeuntes peccatum suum, quod ignoranter in eum[13] commiserant[14], confitentes[15], ab eo veniam postularent. Ille eis licentiam dedit et gradu concito[16] animalia processerunt.

Vita, 26. **14.** Multae assiduitatis in oratione, quia[1] numquam ulla hora[2] momentum<que> praeteriit, quo aut orationi[3] aut lectioni[4] incumberet. Inter legendum[5] tamen et operandum numquam animam ab oratione[6] cessabat. Nam ut fabris[7] ferrariis[8] moris est, qui inter operandum pro quodam laboris levamine[9] incudem[10] feriunt[11], ita Raynaldus, dum aliquid ageret, semper orabat.

Epist. I. **15.** Multae austeritatis in se ipso. Nam cum Raynaldus quodam semel a clerico suo lectum sibi plurimo stramine praeparasset, ille habere recusans inconsuetam[1] mollitiam[2] perorrescit, quippe qui[3] nuda[4] humo uno tantum[5] cilicio superiecto[6] cubare[7] consueverat. Itaque permotus iniuria[8], surgens stramentum[9] omne proiecit et se super nudam humum collocavit. Circa vero mediam noctem tota illa palea igne[10] accenditur et Raynaldus excitatus, dum exire[11] tentaret, sed nequiret[12], ab igne capitur et eius iam vestimenta [h]uruntur. Rediens vero ad solitum orationis confugium et crucis signaculum[13], in medio ignis intactus[14] permansit et flammas non[15] sentit, et[16] orante quas male[17] expletas erat urentem. Clerici vero excitati concurrunt[18] et[19]

— [2] precederetur 2. — [3] spavescens 2. — [4] verba 2. — [4*] contendere 1, 2. — [5] anemalia 2. — [6] a Deo 1. — [7] (f. in h.) minimo f. 1 *m. pr.*; humi f. 1 *corr.* — [8] quamcumque 2. — [9] flagellare 2. — [10] voluit 2. — [11] movere 1. — [12] possunt 1. — [13] (in e.) *om.* 2. — [14] commiserunt 2. — [15] confidentes 1. — [16] concito[to] 1; conicto 2.

14. — [1] quae 1, 2. — [2] hore 1 *corr.* — [3] oratione 2. — [4] lectione 2. — [5] (I. l.) Intelligendum 1, 2. — [6] orare 1 *ante corr.*, 2. — [7] faber 1; lulianus 2. — [8] ferrarius 1, 2; ut *add.* 2. — [9] levare̅ 1; levare 2. — [10] ineuntem 1, 2; incutem 1 *corr.* — [11] ferrum 1; ferunt 2.

15. — [1] consuetam 2. — [2] mollitiem 2. — [3] que 1 *ante corr.*, 2. — [4] mula 1. — [5] (u. t.) immo nam 2. — [6] super lecto 1; supra lecto 2. — [7] recubare 2. — [8] incuria 1, 2. — [9] instramentum 1. — [10] illa 2. — [11] ex ira 2. — [12] requiret 1. — [13] signum 1. — [14] intattus 2. — [15] *om.* 1. — [16] *om.* 1. — [17] malae 2. — [18] consurgunt 2. — [19] ad 2.

Raynaldum, quem iam consumptum putabant, de medio flammarum illaesum reducunt.

16. Multae compassionis erga delinquentes, quia omnes volentes [1] remittere compassionis sinu recipiebat. Nam cum diabolus Raynaldum [2] reprehenderet cum semel lapsos [3] ad paenitentiam reciperet, eidem respondit: " Si tu ipse, o miserabilis, ab hominum [4] infe- Vita, 22. „ statione desisteres et te et factorum [5] tuorum paeniteret [6], ego tibi confisus in [7] „ Domino Christo [8] misericordiam pollicerer [9]. „

17. Multae pietatis erga pauperes. Nam cum Raynaldum in quadam festivitate ad ecclesiam tendentem pauper quidam nudus Dial. II, 1. secutus est, Raynaldus autem archidiacono praecepit ut egentem vestiret. Sed cum ille hoc facere [1] distulisset [2], ingressus Raynaldus secretarium tunicam suam illi tribuit et continuo disce[n]dere [3] iussit. Cum ergo archidiaconus moneret ut [3*] ad sollemnia peragenda [4] procederet, ille de se loquens ire non potest, donec pauper vestem accipiat. Archidiaconus non intelligens, quia [6] cum extrinsecus cappa tectus [7] esset, ipsum nudum interius non videbat, pauper vero adesse causatur. At ille: "Mihi, inquit, vestis deferatur, et pauper non deerit [8] vestiendus. „ Compulsus ad forum vadit et quinque argentis tunicam vilem et curtam, quae dicitur penula [9], quasi pene [10] nulla, rapiens, ante pedes Raynaldi iratus proiecit [11]. Quam ille secreto induit, cuius manicae usque ad cubitum et longitudo usque ad genua protenditur [12], et sic missam celebrat. Dum autem missam celebraret, globus igneus super Dial. II, 2. caput eius apparuit et a multis ibidem visus fuit. Huic autem miraculo <accessit> quod [13], cum in missa manus [14] ad Deum levaret, ut moris est, manicis lineis [15] retro latentibus [16], cum nec brachia eius essent grossa nec multum carnosa, nec praefata tunica praetenderetur nisi usque ad cubitum, remanentia bracchia nuda, tunc aurei et gemmati deferuntur ab angelis et bracchia decenter operiunt; quem etiam tonsa [17] quadam vice conspiciens: " Evangelicum [18] „, inquit, " mandatum iste [19] complevit. Duas tunicas habuit et unam non habenti tribuit; ita et vos „ facere debetis. „

16. — [1] se *add. corr. in* 1. — [2] Raynaldus 2. — [3] lapsus 1, 2. — [4] *om.* 2. — [5] sanctorum 1.— [6] peniteres 1.— [7] Deo *add.* 1.— [8] Christi 1.— [9] polliceres 1.

17. — [1] (h. f.) f. h. 1. — [2] destulisset 1, 2. — [3] ascendere 2. — [3*] moneretur 1, 2. — [4] Raynaldus *add.* 2. — [5] procederit 1, 2. — [6] quae 1, 2. — [7] tentus 2. — [8] decrevit 2. — [9] pennula 2. — [10] pena 2. — [11] procedit 2. — [12] pertenditur 2. — [13] qui 1. — [14] unus 1. — [15] lileis 1; hileis 2; " ego liberis „ 1 *annot. in marg.* — [16] habentibus 1. — [17] tonsam 2. — [18] Evangelium 1, 2. — [19] ista 1, 2.

18. Multae potestatis erga daemones pellendos. Saepe enim ipsos daemones ex hominibus expulit [1]. Nam cum quaedam [2] Dial. II, 9. vaccha a daemone agitata esset, cum ubique saeviret et multos confoderet,et versus Raynaldum et socios in itinere furibunda cucurreret, ille manu elevata illam sistere iubet; qua [3] immobili permanente, iubet daemonem dorsum illius insidentem. Quem increpans inquit: " Discede, „ funeste, de pecude [4] et innoxium animal agitare desiste. „ Quo protinus discedente [5], vaccha illius pedes prosternitur et ad eius [6] imperium cum omni mansuetudine in gregem suum [7] revertitur.

19. Multae subtilitatis erga eos. Cognoscendo daemones ita sibi superabiles [1] reddebantur ut aperte ab ipso sub quacumque Vita, 22. imagine viderentur [2]. Nam interdum daemon in Iovis personam plurimumque Mercurii, aliquando Veneris vel Minervae [3] transfiguratum [4] se Dial. II, 13. suis vultibus offerebat. Mercurium maxime patiebatur infestum; Iovem Vita, 24. brutum [5] atque hebetem [6] esse dicebat. Quadam etiam die diabolus in forma [7] regis purpura et diademate ornatus [8], aureis caligis, sereno ore laetaque facie sibi apparuit. Cum diu ambo tacuissent, diabolus: "Agnosce„, inquit, " Raynalde, quem colis, Christus [9] ego sum. Descensurus [10] ad „ terras, prius me tibi manifestare volui. „ Ad haec [11] cum Raynaldus admirans taceret, rursus ait: " Raynalde, cur dubitas credere, cum me videas? Chri„ stus ego sum.„ Tunc ille a Spiritu sancto doctus ait: " Dominus Iesus „ Christus non se purpuratum et diademate renidentem [12] se venturum esse „ praedixit. Ego Christum nisi [13] in eo habitu et forma, qua passus est, ubi cru„ cis stigmate praeferente [14], non credam. „ Ad hanc vocem ille disparuit et totam ecclesiam foetore replevit (1).

Istos vero episcopos praefuisse [1] in Nuceria invenimus, videlicet:
Albertus anno Domini MVII, imperante Henrico primo.
Arcoletus [2] anno Domini MCXIIII.
Munaldus anno Domini MCXLIV, imperante Carulo secundo.
Offredus anno Domini MCLXXVI [3], regnante imperatore Federico primo.

18. — [1] expulsit 1. — [2] quadam 1. — [3] quam 2. — [4] pecuda 2. — [5] descendente 1. — [6] Dei 1. — [7] *om.* 1.

19. — [1] spirituabiles 2. — [2] videretur 1. — [3] in ruere 1, 2. — [4] transfiguratur 1, 2. — [5] brutuum 1, 2. — [6] habenti 1. — [7] (d. in f.). in f. d. 2. — [8] ornatum 1. — [9] Christum tuum 2. — [10] Discessurus 1, 2. — [11] Adhuc 1; Ad adhuc 2. — [12] remittente 1 *m. pr.*, 2; renitentem 1 *corr.* — [13] visu 1; nisi visu 2. — [14] preferrent 1; proferente 2. —

[1] profuisse 1, 2. — [2] Archoletus 1. — [3] MC79 2.

(1) Series episcoporum, quae iam sequitur, deest apud Henschenium.

Anselmus [4] anno Domini MCXCVI sub eodem Federico primo. Et iste Anselmus [5] gubernavit ecclesiam Fulginei et Nuceriae.

Hugus anno Domini MCXCVIII [6], imperante Ottone[7] quarto.

Sanctus Raynaldus anno Domini MCCXXII; migravit in pace [8] imperante Federico secundo.

Pelagius anno Domini MCCXXVII sub [9] eodem Federico imperante.

Bevegnatis [10] anno Domini MCCXXVIII sub eodem [11] Federico secundo.

Guidus anno Domini MCCXXXIII sub eodem Federico.

Bernardus anno Domini MCCLVI sub eodem Federico.

Philippus de genere Vichi beati Raynaldi, vacante imperio. Nucerium restauratum fuit et corpus beati Raynaldi reinventum fuit et translatum.

Fidismundus anno Domini MCCLXXXV.

Ioannes de stirpe Vichi anno Domini MCCLXXXVII.

Alexander de ordine Minorum anno Domini MCCCXXVIII.

Lucas de Camereno decretorum doctor anno Domini [12] MCCCLXII [13].

Haec sunt miracula (1) beati Raynaldi episcopi Nucerini post annos Domini 1414 de mense augusti dicti anni.

Laurentius Marcutii de Bagnaria, devotus beati Raynaldi, in festo sanctae Mariae dicti mensis augusti attulit beato Raynaldo septem librarum valore unius floreni, eo quod retulit se tantam gratiam retulisse ab eo in anno quo Ciccolinus cum hominibus de Plano Nuceriae occupavit civitatem Nuceriae. Quo tempore fuit guerra maxima. Et cum dictus Laurentius a personali impedimento liberaret et gratia Dei et beati Raynaldi ipse et omnes de sua

[4] Ansellinus 1.—[5] *om.* 1. — [6] MC98. 2.— [7] Octono 1. — [8] (in p.) *om.* 1. — [9] *om.* 1. — [10] Bevegnate 1. — [11] (s. e.) *om.* 1. — [12] (a. D.) *om.* 2. — [13] MCCLXII. 1, *qui sic pergit*: MCCCXXVIII. Nursia quasi tota corruit a terremotibus cum multis suis villis, et multi oppressi sunt. Laus Deo usque (*corr.* eiusque) genetrici. Amen. Scripta et exemplata de alia scripta. *Et sic des.*

(1) Cum duobus his miraculis, quae in solo codice 2 leguntur, conferatur narratio eorundem in libello *BHL.* 7080, c. 1, 2 (*Act. SS.*, Febr. t. II, p. 376). Etsi autem hic “ a Silvestro Ser-Angeli auctore coaevo „ compositus esse affirmatur (ibid., p. 373, num. 3), manifestum est genuina scriptoris verba in codice nostro 2 exhiberi, in libello autem edito eadem cultiore sermone esse retractata.

familia a dicta guerra fuerunt liberati absque impedimento alicuius ipsorum, et pluries, durante dicta guerra, idem Laurentius fuit inter inimicos, et liber evasit sine impedimento personali.

Die 23 mensis iunii 1415 domina Clarutia uxor Petri Nolfi de Coldimenciae retulit quod tempore proximae mortalitatis esset maxima infirmitate gravata et anguenalia; fecit votum de sero se ituram ad ecclesiam et locum divi Raynaldi, si eam a dicta infirmitate liberaret, et de mane sequente libera fuit absque aliquo dolore ânguenaliae gratia Dei et beati Raynaldi (1).

III. Passio SS. Mariae, Marthae et Lycarionis.

In nullis martyrologiis latinis recensiti sunt hi martyres, de quibus unum notum erat monumentum, brevis inquam commemoratio in synaxariis Graecorum ad diem 9 februarii (2): Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Μάρθας καὶ Μαρίας, γνησίων ἀδελφῶν, καὶ Λυκαρίωνος μονάζοντος. Αὗται καθ' ἑαυτὰς παρθενίαν ἀσκοῦσαι, παρεχομένου τοῦ ἡγεμόνος τῆς χώρας διὰ τῆς οἰκίας ἔνθα κατέμενον, προκύψασαι ἀπό τινος θυρίδος χριστιανὰς ἑαυτὰς ἀπεκάλεσαν· καὶ οἰκτιζομένου τοῦ ἡγεμόνος τὸν ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν θάνατον, ἀντεῖπον μὴ εἶναι θάνατον τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ, ἀλλὰ ζωὴν πέρας οὐκ ἔχουσαν. Ὡσαύτως δὲ καὶ Λυκαρίωνος παιδίου μονάζοντος συντρόφου αὐτῶν ἐξειπόντος, προστάξει αὐτοῦ ἐσταυρώθησαν σὺν τῷ Λυκαρίωνι καὶ ὑπὸ τῶν δημίων ξίφεσι νυγέντες ἀφῆκαν τὰς ψυχάς (3).

Atqui haec est mera epitome Passionis quae latine legitur in codice Vaticano 5771, olim Bobiensi, saec. IX/X, fol. 327-327[v] (4). *Qua haud iniucunda narratione non magis quam synaxariis certiores fimus de tempore quo passi sint martyres; locus autem indicatur Athena urbs Aegypti; quae Latinis videtur fuisse ignota* (5) *atque etiam Graecis* (6), *Syris autem — ut nos docet collega Paulus Peeters — eadem est atque Tanis (vulg. Sân), urbs in inferiore Aegypto antiquissima et olim non ignobilis.*

(1) Quae in codice 91 Bibliothecae Alexandrinae, fol. 628[v]-629, sequitur narratio " ex ms. codice Gualdensi „ desumpta (cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 142), est brevissima epitome c. 2-4, 6 Vitae quam edimus. — (2) *Synax. Eccl. CP.*, col. 453. Nominati etiam sunt in quibusdan exemplaribus ad d. 8 februarii; cf. ibid., col. 450-53 in inf. pag. — (3) Eadem latine versa " ex Menaeis „ in *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 157. — (4) Cf. supra, p. 147[87]. — (5) *Thesaurus linguae latinae*, t. II, col. 1029, l. 47 sqq. — (6) Pape-Benseler, t. I, p. 24.

Diem passionis non 8 vel 9 februarii, sed 19 ianuarii designat libellus, qui iam sequitur.

Incipit passio sanctarum virginum Mariae et Marthae et Licarionis pueri, quod est XIIII. kal. febr.

Martha itaque virgo Christi cum sorore sua Maria orabant Domino, ut mererentur pro nomine Christi martyrii coronam accipere; et cum sensissent se orationum suarum vota complevisse, animatae fidei viribus, transeuntem per plateam [1] domus suae iudicem perspexerunt per fenestram et allocutae sunt eum. Et cum audisset vocem virginum se appellantium, subiit in platea cum officio suo, et suspiciens eas interrogavit quid vellent. Repondens Martha ait : “ Christianae sumus. „ Dicit eis praefectus : “ Recludite vos in domo vestra et tacete. Indulgeo „ enim vobis propter vestram teneram aetatem. Nec enim fas est „ tam gratas species tam cito perire. „ Responderunt illae : “ Mors „ christianorum non est mors, sed transitus ad meliora. Tu autem „ et imperatores tui moriemini in aeternum. „ Audiens haec praeses, commotus de iniuria iussit eas deponi ; sed illae ultro descendentes proclamabant : “ Christianae sumus. Mori non timemus, quia mors testium Christi vita aeterna est „. Nec [2] mora, sequitur eas etiam Licarion puer parvulus conlactaneus earum, devotione parentum et habitu iam monachus, et dicit iudici : “ Quod sorores meae dixerunt, et ego dico. Christianus „ sum. „ Tunc iudex iussit eos suspendi et crucifigi. Mater ergo sanctarum virginum stabat iuxta crucem Marthae filiae suae seniori<s>, et sustinebat gaudens manibus suis pedes illius, cum configerentur clavis ad stipitem,et dicebat ad eas : “ Valete, filiae „ meae, in corona qua vos coronavit gratia Christi, et orate pro „ me. „ Respondit sancta Martha, cum penderet in cruce, ad eam : “ Vale et tu, mater, salva et sana cum fructu ventris tui, „ quem ad salutem animae tuae Christo obtulisti „. Et dixit ad spiculatorem ipsa sancta ac venerabilis Martha : “Rogo ut expectes paululum,donec valedicamus fratribus ac sororibus nostris „ in osculo sancto. „ Et cum accessissent ad eas aliqui ex fratribus dare osculum, sancta Maria pudore superata rennuebat eorum oscula.Et dixit ad eam Martha soror sua senior:“Noli verecundare,

[1] platea *cod. m. pr.* — [2] Haec *cod.* —

„ soror, neque dure feras nec recuses oscula eorum, in quorum „ ora sponsus noster Christus Dominus sonat, <h>ac praesertim „ de causa quod hodie in Hierusalem caelestem habitationem „ sanctorum intrabimus. „ Tunc permisit sancta Maria osculari se ab omnibus qui voluerunt fratribus christianis. Et oratione cum psalmis ab omnibus facta, accessit spiculator et, misso gladio deorsum, scidit eos ita pendentes in ligno. Et tradiderunt immaculatas animas Christo toti tres, durantes in confessione nominis Christi, glorificantes Patrem et Filium et Spiritum sanctum in una deitate manentem in saecula saeculorum. Amen.

Martyrizatae sunt itaque sorores venerabiles Martha et Maria cum Licarione puero apud Athenam urbem Aegypti XIIII. kal. februarias, regnante Domino... Amen.

IV. Narratio de S. Thoma.

Hanc alteram narrationem, de qua supra, p. 165[7], *iam perspeximus ad verbum exscriptam esse ex Cassiodori* Historia Tripartita, *l. VII, c. 32, subiuncta prima sententia c. 33* (Et haec quidem... non pertulit experiri) *additaque hac clausula*: Quod ita gestum esse meritis beati Thomae apostoli nullus fidelis ambigat, ad laudem... Amen.

V. Narratio de imagine Christi ad Abgarum missa.

Tribus partibus constat Vincentii Bellovacensis caput (Spec. hist. *VIII, 29*) “ *de mutuis epistolis domini Iesu et Abagari regis Edisse* „ (1) : *prima ex Hadriani papae litteris ad Carolum Magnum, tertia ex Eusebii-Rufini historia ecclesiastica excerptae sunt. Tertia autem haec est*: Actor (2). Alibi quoque legitur quod legati Abagari ad eum revertentes cum sindone in qua facies Salvatoris tersa emicuit, cum appropinquassent eius palatio, absconderunt eam subtus tegulam, in qua itidem imago eadem apparuit. Et ipsa quidem sindon Romam pervenit, ubi et usque hodie esse videtur. Tegula vero in civitate remansit et

(1) Cf. E. von Dobschütz, *Christusbilder* (Leipzig, 1899), p. 237 *. — (2) Id est *Auctor,* neque vero *Actorum,* ut interpretatus est E. von Dobschütz, l. c.

usque ad praesens ibidem honoratur. *Quae censuit v. d. E. von Dobschütz* (1) *ex longiore libello contracta esse quem ipse edidit* (2). *Immo vero haec legisse videtur Vincentius in ipsa narratione quam in codice Vaticano 6076, fol. 77ᵛ-78, repperimus* (3), *atque propterea non dubitavimus tritae historiae exemplar hoc breve cum lectoribus communicare.*

Augarus quidam rex Edissae [1] civitatis misit legatos in Hierusalem ad Christum Filium Dei, dicentes: " Si fuero dignus tuae „ prudentiae me ipsum ostendere, iube qualiter credere debeam „ ut servus tuus fieri possim. „ Dominus autem noster Iesus Christus accipiens sindonem, tergens faciem suam, in qua statim imago ipsius Salvatoris apparuit, et mittens ipsam sindonem cum figura imaginis ad Augarum. Legati vero ipsius regis, cum appropinquassent palatio ipsius, absconderunt illam sindonem subtus tegulam; in qua statim similis imago expressa apparuit. Venientes autem praedicti legati ante praesentiam regis, interpellavit eos quod signum pro fidei suae salute a Domino Iesu Christo ei deferrent. Ipsi autem abeuntes a conspectu ipsius regis venerunt ad locum ubi ipsa sindon abscondita erat, inveneruntque ipsam tegulam cum imagine figurata, et adduxerunt ipsam sindonem in praesentiam ipsius regis, quoque et tegulam. Qui cum gaudio ipsam imaginem amplexus, credidit in dominum nostrum Iesum Christum. Ipsa quidem sindon ad Romam pervenit et usque in hodiernum diem ibidem esse videtur; quae posita est modo in basilica Beati Petri apostoli ad locum et oratorium qui appellatur sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae; sed et ipsa tegula in praedicta civitate remansit et honorabiliter usque in praesens illuc [2] veneratur.

[1] et ipse *cod.* — [2] illhuc *cod.*

(1) Cf. ibid., et p. 139, annot. 3. — (2) Ibid., p. 141 **- 52 **. — (3) Cf. supra p. 178[57]. Passionale deperditum Sanctae Caeciliae trans Tiberim, cuius hic codex est apographum circ. an. 1600 exaratum, saeculo XI vel XII scriptum fuisse crediderim.

VI. Passio SS. Parthaei, Parthenopaei et Paragorii atque S. Restitutae, martyrum Calvi in Corsica.

De cultu SS. Parthaei, Parthenopaei et Paragorii pauca ad d. 7 septembris collegit Stiltingus noster, de eorundem vero historia nihil habuit quod proferret, praeter quam quod vulgo dicerentur in Corsica insula martyrium fecisse (1). *Paulo plura, eaque valde incerta, tradit Passio quam suppeditarunt codices :*

1. = *Vaticanus 6933, saec. XII extr., fol. 133^v-135* (2) ;

2. = *Vaticanus 6168, saec. XVI, fol. 371-374^v* (3).

Licet in prima sententia annuntietur historia qualiter passa est beata Restituta et socii eius Domnicius et Veranus cum aliis tribus sanctis Parteus et Partinopeus atque Paragorius, *postea ne semel quidem nominati sunt Domnicius et Veranus, totus autem libellus reapse duabus Passionibus constat inter se distinctis, altera breviore in qua de solis viris sanctis, altera longiore in qua de sola Restituta est sermo. Qui omnes passi dicuntur in insula Corsica, in loco qui vocatur Calvi, sub imperatoribus Macrino (217-218) et Alexandrino – voluit utique scriptor nominare Alexandrum Severum (222-235), – haec die 21 maii, illi die incerto.*

Libellum inculto sermone scriptum et fidei valde exiguae, cum nullum alium habeamus, non omnino neglegendum censuimus.

Passio [1] SS. Partei et Partinopei et Paragorii et Restitutae [2].

(**I.**) In exordio huius lectionis narrat hystoria qualiter passa est beata Restituta et socii eius Domnicius [1] et Veranus cum aliis tribus sanctis, Parteus et Partinopeus atque Paragorius, regnantibus Macrino et Alexandrino imperatoribus. Qui procedentes [2] ex partibus Lybiae, propter persecutionem paganorum fugientes, venerunt in insulam Corsicae in loco qui dicitur Calvi, sub honore basilicae Sancti Salvatoris et beatae genitricis Dei Mariae atque beatissimi Iohannis Baptistae, in quorum nomine est consecrata praesidente beatissimo Apiano praesule una cum socio suo Vin-

[1] *Lemma om.* 2. — [2] Restituti 1

I. — [1] Dominicus 2. — [2] procedentibus 1 ; praecedentes 2.

(1) *Act. SS.*, Sept. t. III, p. 44. — (2) Cf. supra, p. 200[37]. — (3) Cf. ibid., p. 181.

demiale (1); et ibi cum gaudio orantes multis diebus, annuente Deo. Tunc Pirrus praeses missus ab imperatoribus in insula Corsica ad explorandos christianos. Nam cum indicati fuissent, perrexit ad locum et dedit eis capitalem sententiam. Ipsi sancti laudantes et benedicentes Deum [3], qui dignatus est illi<s> coronam martyrii praeparare. Passi sunt autem sancti Dei in pace, de quibus supra commemoravimus. Sanctus vero Parteus et Partinopeus et Paragorius accipientes capita sua, euntes ad praedestinatum locum,qui vocatur Marana. Tunc venientes pauci christiani, qui morabantur Ulmiae, rapuerunt [4] corpora sanctorum et sepellierunt in Ulmia in sarcophago novo ; ibique multa beneficia praestantur usque in hodiernum diem ad laudem et nomen domini nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

(**II. 1.**) Temporibus Macrini et Alexandrini sceleratissimorum imperatorum orta est seditio christianorum, ut ubicumque inventi fuissent christiani, sine audientia punirentur. Tunc eo tempore Pirrus praeses directus est ab imperatoribus ab urbe Roma et coepit iter in insulam quae vocatur Sardinea atque in Corsicam. Et ibidem cum iudicio iudicasset de christianis qui ibidem inventi sunt,tunc quidam de apparitoribus nuntiavit praesidi, dicens : “ Piissime praeses, est quaedam mulier, nomine „ Restituta, christiana, quae nec deos timet, nec praecepta „ principum custodit, sed publice Christum illum, quem Iudaei „ crucifixerunt, praedicat et deos nostros deridet. „ Tunc Pirrus nimio furore arreptus est et iussit eam ad se adduci [1] in loco in quo erat secretarium suum. Quam videns praeses, intuens eam dixit : “ Tu es Restituta, quae nec praecepta imperatorum „ custodis nec deos nostros adoras ? „ Respondit ei Restituta :

— [3] Dominum 2. — [4] nocte *add.* 2.
II. 1. — [1] abduci 2.

(1) Qui Macrinum et Alexandrinum simul imperio praefuisse commentus est (cf. supra, et II, 1 et 6), idem Apianum et Vindemialem episcopos tamquam in Corsica simul degentes hic profert. Nomina forsan accepit ex Vita SS. Florentii et Vindemialis (*BHL.* 3053), in quo libello dicitur Vindemialis Africano solo ortus ibidemque ab Appiano episcopo educatus, postea in Corsicam cum Eugenio episcopo, neque vero cum Appiano, venisse (*Act. SS.*, Maii t. I, p. 272, num. 2). Exigua quidem est huius Vitae fides ; at multo minor Passionis quam edimus auctoritas.

“ Ego Deum vivum et verum adoro ; nam praecepta vestra pro „ nihilo habeo. „ Respondit ei praeses : “ Ego te faciam diversis „ poenis interficere et deos nostros, quos vera divinitas demon- „ strat, suppliciter adorare. „ Sancta Restituta respondit [2] : “ Ego „ deos tuos non adoro neque praecepta tua custodio, sed Domino „ Iesu Christo, qui est in caelis, cotidie hostias offero. „

(2.) Praeses vero iratus est, et iussit eam exspoliari, et nudam eam iussit nervis taurinis discerpi et diutius pectinis ferreis latera eius defricari [1], et voce super eam praeco clamabat, dicens : “Deos „ deasque noli blasphemare. „ Tunc elevans oculos suos ad caelum beata Restituta dixit : “ Domine Iesu Christe, ne derelin- „ quas me ancillam tuam, sed mittere digneris angelum tuum de „ caelis, ut liberet me de his poenis, nec dicat mihi inimicus Ps. 41, 4. „ diabolus : “ Ubi est Deus tuus. „ Et cum complesset orationem, elevans oculos suos, dixit ad praesidem : “ O insensate canis et „ rebellis, rabie deprehensus, modo cognosce ; non enim timeo „ tormenta tua, adiuvante me Domino Iesu Christo. „ Tunc prae- ses iracundia plenus iussit eam levari a terra et lapidibus caedi sub voce praeconia, dicens : “ Noli iniuriam praesidi facere. „ Tunc beata Restituta dixit : “ Percutiat te dominus meus Iesus „ Christus, quia sine misericordia ancillam suam torqueri iussisti. „ Tunc subito terrae motus factus est magnus, ita ut commoveretur terra, et prae timore cuncti qui ibidem aderant fugerunt. Praeses vero iussit eam mitti in carcerem. Ipse enim fugiens ad palatium suum.

(3.) Alia vero die iussit eam adduci [1] ad sacrificandum idolis nefandissimis. Tunc beata Restituta dixit ad eum : “ Ego non „ sacrifico daemoniis, quia christiana sum. „ Tunc praeses Pirrus dixit ad eam : “ Accede huc et sacrifica magno deo Iovi, qui te „ vivere facit et liberabit te a diversis suppliciis quae te exspe- „ ctant. „ Tunc beata Restituta exclamavit voce magna, dicens ad eum : “ Non sit bene tibi, praeses. Ego iam tibi dixi quia christiana „ sum et [2] domini mei Iesu Christi ancilla, et reprobis idolis tuis „ numquam sacrificabo. „ Et iratus praeses iussit eam mitti in caminum [3] ignis ardentis et desuper picem in eam infundere fecit. Mox autem iussit praeses suspendi [4] eam et carminare

— [2] dixit 2.

2. — [1] dericari 2.

3. — [1] abduci 2 *m. pr.* — [2] *om.* 2. — [3] camino 2. — [4] appendi 2.

carnes eius cum pectine ferreo. Videntes autem milites illi quod pro [5] sanguine lac carnes eius manabant, gloriam dederunt Deo[6].

(**4.**) Tunc praeses iussit deponi eam et mitti in fornacem ignis; et statim ingressa est in ea. Mox ignis exstinctus est a latere eius. Dixit ad eam praeses: "Omitte [1] magicas artes tuas et adora „ deos nostros. „ Sancta vero Restituta dixit: " Gloria tibi, qui „ regnas in caelis, Iesu Christe Deus meus, qui etiam et me dignatus es [2] vocare in viam veritatis tuae. „ Et dixit ad impium iudicem: " Festina explere quod [3] in me coepisti, eo quod vocata „ sum in caelesti sede. Tu [4] autem, inique et obscure, scio quia „ Christum dereliquisti et lapides adoras. Nam ego non timeo tor„ menta tua. Ut ergo vis, ita exerce in me. Carnes quidem meas „ tradam tibi; nam animam meam Deus habet in potestate. „ Respondit praeses et dixit ad sanctam Restitutam: " Exue te, „ et iactabo te in mare. Quis poterit te adiuvare? Ille, quem dicis „ Christum, quem adoras? „ Sancta Christi martyr Restituta dixit: " Ecce et execrabilis corde, daemones adoras et speras „ salvari! Ego Deum vivum et verum adoro in aeternum, et sic „ salva ero. „ Tunc iussit ille impius tyrannus mittere eam in mare[5]; ipsa vero procedens signavit aquam, et sedens super undas maris in medio stabat. Videns autem praeses, fremens sicut leo, et [6] nesciebat qualiter posset eam perdere. Quidam autem de ministris dixerunt: " Nos ibimus ad eam et perducemus eam „ tibi. „ Moxque ingressi sunt mare, et nusquam comparuerunt. Angelus autem Domini descendit ad beatam Restitutam et dixit ad eam: " Gloriosa egredere et suscipe tibi a Deo praeparatam „ coronam. „

(**5.**) Illa vero exiens stetitque ante praesidem, et videns eam praeses interrogabat, dicens: " Tu es Restituta? „ At illa: " Ego „ sum. „ Praeses dixit: " Quare oblita es tui et sociasti te christia„ nis, quorum vita mors est, et non adoras magis deos quos ado„ rant domini nostri imperatores? „ Restituta respondit: " Ego „ gratias ago Deo meo Iesu Christo, qui liberavit me de sordibus „ idolorum, ut non amplius errare possim, sicut et vos video „ errare, et adoratis daemones et non Deum. „ Praeses ait: " Ut

— [5] per 2 *m. pr.* — [6] dedere Domino 2.

4. — [1] Amitte 1, 2. — [2] est 1, 2. — [3] qui 2 *m. pr.*; que 2 *corr. al. m.* — [4] Tunc 2 *m. pr.* — [5] mari 2. — [6] (f. s. l. et) *om.* 2; s. l. *add. in marg.* 2.

„ tu dicis, ergo non solum nos, sed domini invictissimi impera- „ tores daemones adoramus et non Deum ? „ Respondit ei Restituta : “ Utinam Dominum adorassent, qui fecit omnia, cuius nutu „ omnia reguntur visibilia et invisibilia, et non stulta aut vana „ simulacra, quia cum ipsis pariter in gehennam ignis arsuri [1] „ eritis cum imperatoribus vestris. „ Respondit Pirrus : “ Per deos „ magnos, quod si non sacrificaveris, non elongabo a te capita- „ lem subire sententiam, et morte crudeli faciam vitam tuam „ finiri et vitam, quam petisti, faciam tibi videre. „ Sancta Restituta dixit : “ Non sacrifico daemonibus, o diabole Satan, sed „ Domino Iesu Christo, quia christiana sum. „ Tunc iratus saevissimus ille dedit in eam sententiam, dicens : “ Quia me contem- „ psisti et imperio meo contradixisti deosque nostros inhonorasti, „ caput tuum abscidatur. „ Sancta vero Restituta haec audiens extendit manus suas ad caelum ; orabat dicens : “ Domine Deus „ meus, qui me liberasti ab idolis paganorum, exaudi orationem „ meam et petitionem quam postulo [2] coram te, ut si aliquis „ homo in qualicumque tribulatione deprehensus fuerit, aut in „ tempestate maris, sive in [3] infirmitate aut qualicumque tribu- „ latione invocaverit nomen sanctum tuum et nomen famulae „ tuae Restitutae, exaudi, Domine, eos et propitius eis esto. „ Tunc vox de caelo facta est ad eam, dicens : “ Omnis petitio tua, de „ qua rogasti, data est tibi a Domino. „

(**6.**) Expleta oratione, mox spiculator amputavit caput eius, et ipsa involvit eum in fasciolo [1] suo. Sancta Christi martyr Restituta passa est in insula quae vocatur Corsica, in loco qui dicitur Calvi. Tunc quidam de christianis venerunt nocte cum hymnis et canticis, et sepelierunt eam in pace. Martyrizata est autem sancta Restituta Christi martyr XII kal. iunii sub Macrino et Alexandrino imperatoribus, praesidente Pirro praeside, apud nos regnante Domino Iesu Christo, cui est honor et gloria, virtus et potestas per infinita saecula saeculorum. Amen.

5. — [1] arsuram 2. — [2] *om.* 2. — [3] (s. in) sicut 2.
6. — [1] fasiolo 1 ; fasciculo 2.

VII. Legenda S. Valerii episcopi Caesaraugustani.

Legimus in antiqua Passione S. Vincentii (BHL. *8630), postquam Valerius episcopus Caesaraugustanus et eius diaconus Vincentius comprehensi essent et Valentiam ad Datianum iudicem ducti, cum in fide firmi persisterent, iussisse Datianum ut Valerius in exsilium mitteretur, Vincentius autem tormentis excruciaretur. Quid postea de S. Valerio factum sit, tacentibus et Passione S. Vincentii et ceteris monumentis antiquis, recentiores alii aliter rettulerunt. Quidam enim* (1), *cuius brevis narratio in exemplaribus saec. XII exaratis servata est* (2), *docet Valerium in insulas marinas, in terram quae lingua arabica dicitur* Alandaluf — *rectius al-Andalûs, id est Baetica, vulgo Andalucia — esse ductum ; septem post annos ex hoc exsilio Caesaraugustam reversum, inde mox Romam ad Diocletianum et Maximianum, Roma Viennam, Vienna in locum qui hanc inter urbem et Valentiam ad Rhodanum flumen situs esset, esse missum ibique post triennium vita functum. Non ad meridiem, sed ad occidentem in Cantabriam Valerium in exsilium ivisse affirmant Cantabri, mortuumque in territorio urbis Mondragon, quae tunc Arrasate dicta esset, in loco cui Zaraa nomen* (3). *Immo ad orientem profectum esse asseverant plerique atque in primis Caesaraugustani, et in Aneto oppido ad Cingam fluvium exsulem vixisse et obiisse* (4). *Cuius sententiae testis affertur, praeter lectiones breviarii Caesaraugustani anno 1572 editi* (5), *antiqua vel etiam, ut dicitur, antiquissma legenda S. Vincentii* (6), *— an S. Vincentii et S. Valerii ? — quae olim in monasterio Rodensi servabatur. Rodam siquidem, qui locus non procul ab Aneto abest inter orientem et septemtrionem, saeculo XI translatum erat S. Valerii corpus* (7). *Cum libellus ille maxi-*

(1) *BHL.* 8494. Vid. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 835, num. 11, 12 ; F. Tournier, *S. Valerius Ursolensis* (Paris, 1903), p. 16-51. — (2) Cod. Bruxellensis Bibl. Reg. 9119 (cf. *Catal. Lat. Brux.*, t. II, p. 270[22]) ; cod. Duacensis 840 (cf. *Anal. Boll.*, t. XX, p. 398[62]). — (3) M. Carrillo, *Historia del glorioso san Valero, obispo de la ciudad de Çaragoça* (En Zaragoça, 1615), p. 129 ; *Act. SS.*, l. c., num. 10. Nullum hac de re prolatum invenimus monumentum scriptum. — (4) Carrillo, t. c., p. 125-26 ; *Act. SS.*, l. c., num. 13 ; M. Risco, *España sagrada*, t. XXX (1775), p. 106. — (5) Ed. *Act. SS.*, l. c. — (6) Carrillo, t. c., pp. 10-11, 128. — (7) Cf. infra, legenda S. Valerii, c. 4.

mam partem sit ineditus (1), *necdum eius exemplar, quantum quidem novimus, ex hispanicis bibliothecis, in quibus utique adhuc servatur, sit prolatum, iuverit interdum legendam quandam, non eandem, sed huic valde similem, ex codice Vaticano 7592, saec. XIV, fol. 308-309* (2), *cum lectoribus communicasse. Optime cum ea conveniunt ea quae leguntur in prosa de S. Valerio, quam Risco ex " missali antiquo Caesaraugustano „ edidit* (3).

De sancto Valerio episcopo et confessore.

(**1**.) Cum yspanas partes Dacianus praeses, accepta a Romanis imperatoribus Diocleciano et Maximiano licentia, ut super christianos tyrannidem exerceret eosque diversis et innumeris tormentorum generibus cruciaret, effreni [1] raptus insania Caesaraugustam accessit, quae inter nobilissimas Hispaniae civitates notissima, tanto inter ceteras christiana praefulgebat religione (4) quanto prae ceteris celebrior habebatur ex nomine. Erat enim tunc in ea beatissimus Valerius pontifex eiusdemque gloriosissimus archidiaconus Vincentius. Igitur Dacianus, nefanda accensus rabie, primo Valerium episcopum eiusque archi<diac>onum Vincentium ac reliquos fidei christianae doctores maiestati [2] suae praesentari praecepit. Quos cum ad ydolorum suorum culturam nullis persuasionibus posset subvertere, episcopum et archi<diac>onum, quos fide robustiores invenerat, gravioribus imperat affligi suppliciis. Ferreis itaque ad

1. — [1] efreni *cod.* — [2] magestati.

(1) Pauca quaedam edidit Carrillo, t. c., p. 11 (partim exscripta a Risco, t. c., p. 103) et p. 128 (in hispanicam linguam translata a Risco, p. 106-7). Brevia excerpta lectionum de S. Valerio, quorum pars cum altero illo fragmento ad verbum convenit, ex nescio quo codice saeculi XV (" en un cuaderno fol. ms. siglo XV „) protulit I. Villanueva, *Viage literario,* t. XV (1851), p. 189-90, annot. *a*. Singula haec cum locis similibus legendae nostrae infra inter annotata conferemus. — (2) Cf. supra, p. 210[17]. — (3) *España sagrada,* t. c., p. 316-17. — (4) Ex legenda S. Vincentii apud Carrillo, p. 11 : *Hispanus noster Vincentius, Christi martyr invictissimus, tam sancti praesulis pia doctrina doctaque pietate allectus, tanti doctoris extitit discipulus, non solum moribus incorruptis, sed etiam vitae sanctimonia atque divini* (ab hoc verbo Risco, t. c., p. 103) *verbi praefulgentia, qua (quae* Carrillo) *tunc potissimum inter orbis terrarum provincias fulgebat civitas Caesaraugustana, quae pars Hispaniae Tarraconensis extat.*

modum latrunculorum astricti catenis ad urbem Valentiam deducti sunt. Praeses vero gregem pastore viduatum dissipavit, et quos christiana professione revocare non poterat, morti ex decreto imperiali necessarium erat subcumbere.

(**2.**) Expleta quoque apud Caesaraugustam nequitia, sed nondum exsaturata, Valenciam profectus, sanctos Dei in praesentia sua constitui praecepit. Quos cum fractos laboribus, attenuatos ieiuniis, iam facile ad errorem suum inclinari posse arbitraretur, eos potius fidei fortitudine[1] valitudine corporis convaluisse obstupuit. Tunc beatum Valerium atque Vincentium blandis prius sermonibus aggrediens[2], si ad deorum suorum culturam converterentur, multis eos promittebat cumulari honoribus. Sed cum beati Vincentii, cui pontifex responsionis curam commiserat, rationibus nullatenus resistere potuisset, vehementi arreptus dolore, ipsum diversis et inhumanis tormentis quasi rebellem cruciari deliberat. Beatus siquidem Va<lerius> non satis ad ratiocinandum expeditus, cum iam longaevus et imbecillis (1) ad pugnandum exsisteret, ab eodem Daciano exsilio deputatus est.

(**3.**) Qui praesidis exsecrabilis egressus[1] praesentiam, cum facultatem redeundi non haberet ad propria, ad pagum Ripacurtanorum (2) confugiens[2] tandem pervenit, ibique in villula quadam, quae dicitur Anetum (3), iuxta Seingam fluvium (4) sub tanta persecutione diu latenter habitavit (5). In qua et gloriosissima sacratissimi martyris Vincentii morte, immo victoria, audita, sub ipsius nomine primam fertur aedificasse[5] ecclesiam (6); quae usque

2. — [1] *addendum* quam ? — [2] agrediens.
3. — [1] (p. e. e.) preside execrabili gressus. — [2] confugiens *bis*. — [5] hedif-.

(1) Similia prae oculis habuit qui paravit lectiones in breviario Caesaraugustano an. 1572 insertas: *Valerium itaque velut longaevum ac imbecillem relinquens, solo damnavit exsilio* (*Act. SS.*, t. c., p. 835, num. 13). — (2) Ribagorza, regio atque antiquus comitatus in provincia Oscana (Huesca). — (3) Nunc *Enate*. Huic *Enet* nomen dant Carrillo, Risco, alii. — (4) Iam *Cinca*. — — (5) Cf. fragmenta lectionum de S. Valerio, apud Villanueva, l. c.: *Beatus igitur Valerius cum iam tandem venisset in villam quae dicitur Anetum, oppidum aliquantulum incelebre, sed tunc tanto habitatore celebrius.... Cuius loci ad fluvium Cinga iuxta Extandis adhuc vestigia visuntur aliqua*. Cf. etiam initium annot. inseq. (*Cum... lateret*). — (6) Cf. legendae fragmentum apud Carrillo, p. 128: *Cum tandem Christi confessor ibi lateret, sperans se non alibi, sed ibi spiritum Deo redditurum, prius* (ab hoc verbo rursus Villanueva, l. c.) *tamen Deum precatus est ut posset aedificare*

in hodiernum diem perseverat. Quo in loco venerabilis Dei cultor ieiuniis et orationibus insistens, dum vixit [4], Deum excoluit. Sed et ibidem eo defuncto [5], sanctissimum eius corpus in proximo castro, quod dicitur Stada (1), sepulturae traditum est (2).

(**4.**) Interea Sarracenorum rabie urgente, terrarum occupant [1] regiones, christianos perimunt, castella, civitates in dicione accipiunt, etiam ecclesias captivatas, Deo permittente, suo servire cogunt [2] imperio. Unde factum est ut beatissimi viri corpus penitus ab hominum memoria deleretur, ut vel quis esset vel ubi iaceret prorsus [3] ignoraretur. Sed Deus, qui lumen accensum non vult poni sub modio sed super candelabrum, post aliqua temporis spatia, fide christiana in partibus illis iam aliquantulum respirante [4], sanctum suum manifestare dignatus est. Itaque Dominus et quis esset beatus Valerius, et in quo loco requiesceret, Arnulfo Ripacursano divinitus insinuavit episcopo (3). Qui magna devo-

Cf. Matth. 5, 15.

— [4] iuxta (iuxa). — [5] deffuncto.

4. — [1] occupat. — [2] cogerunt (cog'unt). — [3] prossus. — [4] respirate.

ecclesiam in honorem sancti Vincentii, cuius victoriam et passionem gloriosissimam audierat. Quam ecclesiam primus ibi erexit ipse beatissimus Valerius. — (1) *Estrada* legit Carrillo (vid. annot. 2); *Estrada* interpretati sunt idem, Risco, alii. Illud vero castrum, teste Ambrosio de Morales, a Mauris, ut primum rerum in Hispania potiti sunt, excisum esse dixerunt (cf. etiam *Act. SS.*, t. c., p. 836 num. 16). Sed *Stata* legit Villanueva (vid. annot. 2); *Stada* habet prosa Caesaraugustana de qua supra, p. 516 annot. 3, credideri mque hunc locum esse Estadilla, qui prope Enate ultra Cingam flumen situs est. — (2) Cf. Villanueva, l. c. : *Sepelitur in castro Stata dicto, eidem loco proximo;* Carrillo, l. c.: *Cumque non humanam iam, sed angelicam vitam duceret in terris, coronam aeternam a Deo accepturus, spiritum tandem gloriose Christo Domino feliciter reddidit; eiusque sanctissimum corpus a paucis, qui aderant, christianis sepelitur in castro Estradae dicto, eodem loco proximo. Ibi Deus mirificavit sanctum suum Valerium, quem cotidie in testimonium eximiae sanctitatis eius coruscare fecit tot miraculis. Cuius rei non solum homines qui ante nos fuerunt, sed nos, qui adhuc vitalem auram carpimus, testes sumus.* — (3) Arnulfus episcopus Rotensis an. 1023-1067. Notum est Ilerdenses episcopos, quamdiu has terras obtinuerunt Mauri (an. 693-1149), pro tempore et loco ex civitatibus et regionibus, in quibus confugissent, dictos esse modo Palarienses, modo Rotenses, modo Barbastrenses, modo Ripacurtienses. Sic v. gr. ipse Arnulfus in Actis concilii Pinnatensis anni 1062 nominatur *Arnulphus Ripacurtiensis* (Aguirre-Catalanus, *Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae*, t. IV, 1754, p. 420), concilio autem Iaccensi anni 1063 subscribit tamquam *Arnulphus Rotensis ecclesiae episcopus* (ibid., p. 423).

tione ad praedictum accedens locum, sanctissimum corpus de sarcofago multo honore ad castrum quod dicitur Rota (1) transtulit ibique in ecclesia Sancti Vincentii honorifice collocavit (2).

(5.) Si quis autem de revelatione vel translatione eiusdem sive de vita et actibus suis plenariam velit habere notitiam, sacras diligenter exquirat ystorias. Ceteris namque praetermissis, qualiter Caesaraugustam redierit (3), quaecumque in reditu vel post reditum miracula perpetra<ve>rit, ad praesens nostrum fuit exsequi propositum (4), ac prius de liberatione eiusdem civitatis (5) ad evidentiam necessarium duximus aliqua praelibare. Vasconum gentes christianissimae, christianis Hispaniae fratribus compatientes, qui per multa tempora a Sarracenis vexati non modicas sustinebant iniurias, ut ecclesiam in finibus illis coartatam dilatarent et super Sarracenos aliquod memoriale facerent, sub innumera multitudine Pireneum transierunt. Divina itaque praeeunte clementia, Gasco vir tam sapientia quam eloquentia praeclarus et alii proceres ductores exercitus aderant. Caesaraugustam, quasi caput et totius mali fundamentum, in qua etiam infidelium debaccaretur insania, prius adire proposuerunt. Ad quam unanimiter properantes, tantas in itinere sibi vires divina gratia administrabat ut neque castella neque munitiones aliaeque eiusdem resistere potuissent. Mox etiam pervenientes ad urbem, suburbia deinde aggrediuntur [1] et capiunt. Sarracenorum multitudo copiosa perterrita ad murorum praesidia, sup(el)lectile relicta, confugiunt. Tunc [2] Vascones in circuitu castra ponunt, figunt tentoria, obsident civitatem. Inter quos et Francorum audacissima turba ex consuetudine suae gentis Sarracenos saepissimis lacessentes assultibus multosque de plebe infidelium prosternentes, praeclaris enituere insignibus. Erat itaque quoddam daemonium pluries in die arripiens hominem ; sermonis usum

5. — [1] agrediuntur. — [2] Tunch.

(1) Roda, ab Enate inter orientem et septemtrionem non ita distans. — (2) De eadem translatione meminerunt lectiones a Villanueva, l. c., allatae. — (3) Ante annum 1121 brachium S. Valerii, anno 1170 caput eiusdem a Rotensibus ecclesiae Caesaraugustanae sunt donata. Cf. Risco, t. c., p. 109-12. — (4) Narrationem de translatione et miraculis, quae hic annuntiatur, vel non perfecit scriptor, vel potius in codice Vaticano librarius praetermisit. — (5) Mense decembri anni 1118.

sibi auferebat, oculos solito grandiores funaliter inflammabat, itaque ut homo ipse aspectu torvissimo circumstantibus pavore<m> ingereret. Deinde in terram provolutus non modica totius corporis inframatione intumebat, quousque cederet persecutor. Qui per beatum Valerium a tanto persecutore liberatus, Deo et confessori [5] sanctissimo in conspectu totius populi gratias referebat.

— [5] confessore *m. pr.*

VIII. Translatio S. Clementis papae ad abbatiam Casauriensem.

S. Clementis I papae et martyris corpus, quod S. Cyrillus anno 867-868 Romam attulerat et Hadriano II papae tradiderat, paulo post ab eodem Hadriano, petente Hludovico II imperatore, monachis Casauriensibus donatum et ad ipsorum monasterium in insulam Piscariam translatum esse affirmat scriptor saeculi XII Iohannes Berardi, eiusdem coenobii alumnus. Qui libro I sui chronici Casauriensis (1), *quod non ante annum 1182 perfecit* (2), *et de initiis monasterii, et de hac translatione luculenter rettulit. Originem monasterii praesertim ex diplomatibus et chartis eruit atque explicavit, quorum amplissimam atque utilissimam copiam summa diligentia collegerat et simul cum chronico suo exscripserat* (3). *Ad narrandam autem translationem quo fonte usus sit, neque ipse prodidit, neque certo perspicere possumus. Chartae quidem et diplomata monasterii antiquissima, alia de S. Clemente tacent* (4), *alia docent monasterium Casauriense nomen S. Clementis praeferre et corpus illius sancti ibi requiescere* (5) *; alia etiam, inter quae non pauca*

(1) Muratori, *Rer. ital. scr.*, t. II, 2, col. 775-84. — (2) Cf. ibid., col. 915. — (3) Editio Muratoriana (l. c., col. 775-1018), quae ceteris amplior et melior est, neque ipsa totum opus complectitur, neque eo ordine singulas partes exhibet quo in codice sese excipiunt. De hoc codice cf. G. Waitz, in *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. XI (1858), p. 485-88 ; V. Bindi, *Monumenti storici ed artistici degli Abruzzi* (Napoli, 1889), p. 452-68 ; P. L. Calore, *L'abbazia di S. Clemente a Casauria*, in *Archivio storico dell' arte*, t. IV (1891), p. 10-13. — (4) Muratori, t. c., col. 801 (= Böhmer-Mühlbacher, I^2, 1257), col. 803 (= B.-M. 1258), col. 806, col. 807 (= B.-M. 1263), col. 811 (= B.-M. 1269), col. 934, 942, 952... — (5) Muratori, t. c., col. 935, 946, 951...

ipsius Ludovici II diplomata, multo distinctius affirmant corpus beati Clementis martyris et pontificis Christi *ibi ab imperatore illo esse collocatum* (1). *Etsi autem hae litterae sunt certo genuinae, negari tamen nequit fieri potuisse ut illa saltem verba, quibus affirmatur Clementis pontificis corpus in monasterio esse a Hludovico II conditum, ab interpolatore adderentur ; nullum enim aliud exemplar illarum superest praeter apographa saeculo XII a Iohanne Berardi in suo codice exscripta. Atque ita reapse contigisse opinatus est Philippus Rondininus, qui fuse atque acriter et Iohannis narrationem et translationem S. Clementis ad Casauriensem abbatiam impugnavit, allatis argumentis aliis gravibus, aliis nullius momenti* (2).

Ut autem huius loci non est controversiam illam examinare et dirimere, haec tamen commemoranda videbantur, ubi ex codice Vaticano lat. 9668, saec. XII, fol. 8ᵛ-10 (3), *libellum proferimus quo eadem omnino exponuntur quae Iohannes Berardi libro I narravit. Illius auctor anonymus ad explicanda monasterii initia non chronico Iohannis, sed iisdem documentis usus est quibus Iohannes, etsi sola diplomata Hludovici II adhibuit, neque vero privatorum chartas, e quibus nonnulla etiam Iohannes accepit memoratu digna. Sed aliter his documentis usus est : Iohannes enim, his lectis, ad ea narrationem suam, suo inquam stilo compositam, confecit ; anonymus autem noster ipse diplomata ad verbum exscripsit neque imperite eorum fragmenta varia loco opportuno suae narrationi inseruit. De translatione cum Iohanne Berardi in rebus optime, in verbis vix concordat. Quando haec scripta sint, non liquet. Crediderim tamen scriptorem Iohanne Berardi aliquanto esse antiquiorem, neque improbabile videtur hunc illius opere ad translationem enarrandam esse adiutum.*

Codice umore corrupto, quaedam in marginibus superioribus vix, quaedam etiam minime iam legi possunt.

(1) Muratori, t. c., col. 809 (= Böhmer-Mühlbacher, I², 1265), col. 812 (= B.-M. 1272). Litterae editae col. 814 (= B.-M. 1270) sunt spuriae. — (2) *De S. Clemente papa et martyre eiusque basilica in urbe Roma* (Romae, 1706), p. 59-195. Contra Rondininum sententiam Casauriensium de translato ad monasterium suum S. Clemente papa tuitus est Iustus Fontaninus disputatione quadam, quae inedita mansit. Cf. G. Pansa, *Il Chronicon Casauriense* (Lanciano, 1893), p. 21. — (3) Cf. supra, p. 240⁴.

fol. 8v.

Translatio de Roma in insula Piscarie.

fol. 9. (1.) <T>emporibus Adriani sancti pape Ludovicus sere||nissimus imperator, qui ex nobilissima atque preclara . . . . |les geste narrantur, stirpe progenitus et in Romano imperio feliciter flor. . . . . B.-M. 1272. . . |imperiali more venit. * Omnipotentis igitur iuvamine fretus cum [1] Beneventum per(geret) <in>| ipso positus itinere devenit ad Piscariam. Ubi quandam invenit insulam undique aquis cinc|tam. Et insula ipsa est in finibus Pinnensis ne<c>non Theatensis, et Casa aurea vocita- Ibid. tur, |fulgens pulcritudine et fertilitatis magnitudine. * Quam divina inspiratione Ludovi|cus gloriosus imperator augustus cum magnatibus suis circumiens et ex omni considerans parte, prospexit ipsam usibus esse monachorum aptam temporibus profuturis. Qua de re Dei omnipotentis inspiratione tactus iussit inibi aedificare basilicam in honore sancte et B.-M. 1257. individue Trinitatis. * Ac primo omnium aream [2] ipsam in qua claustrum venerabilis loci fabricari censuit, a parte Pinnensis episcopii iuste ac legaliter ex suo proastio commutari fecit. In <qua> ecclesiam ab antiquo beati Quirici constructam inveniens, alteram non longe ab ea ecclesiam, sicut supra dictum est, in honore sancte et individue Trinitatis edificari precepit, credens sine dubio sue pro hoc anime redemptionem imperiique sui continuam protectionem et adversariorum suorum efficacem contritionem [3] divine sibi respectu misericordie preparari.

(2.) Denique divino amore afflatus monasterium Ludovicus Ibid. perfectissimus imperator *servorum Christi habitationi et quieti proficuum in prefata insula, cui est nomen Casa Aurea, que etiam amne[1] cingitur Piscarie, instituendum cum [2] providisset, atque quomodo et a quibus viris de suis regalibus thesauris seu propriis rebus fundaretur ac consummaretur cenobium prefatum, donec ipse rediret, devotissime et sollicite ordinasset et stabilisset, profectus cum magno exercitu Beneventum, deinde in Apuliam, et inimicos suos et adversarios iusticie impugnavit et inde extirpavit. Saracenos quoque omnes penitus de Italia fugavit et destruxit, et totam terram suo dominio subiugavit.

(3.) Reformata itaque pace per totum Romanum imperium et omnibus Italie provintiis sue dicioni subditis, urbem Romanam cum nimio triumpho intravit et honorifice satis et cum ingenti gaudio seu tripudio tam a sanctissimo apostolico Adriano quam

1. — [1] *cod.* com. — [2] aeream *cod. ante corr.* — [3] contrictionem *cod.*
2. — [1] anne *cod.* — [2] com.

a cuncto clero populoque Romano receptus est. Et cum de perfectione ac augustali exaltatione basilice, quam * divino afflatus B.-M. 1265. intuitu in insula Piscarie, que Casa aurea vocitatur, fundari et consummari hilari mente preceperat, ardentissimo animo semper cogitaret, ad consecrationem eiusdem ecclesie sanctorum reliquias inquirere in eadem urbe sollicite cepit. Reli<gi>osi [1] vero viri suggesserunt ipsi mitissimo [2] imperatori ut alicuius sancti reliquias quereret, qui in aquis pro Christo martyrium et mortem suscepisset,et in eodem insule templo recondi faceret tam ad adiuvamen transeuntium quam ad evasionem hominum cadentium in periculo Piscarie fluminee.

(**4.**) Inito itaque consilio, piissimus imperator cum archiepiscopis, episcopis, presbyteris et catholicis viris, sive etiam cum ducibus, principibus, comitibus, et primatibus exercitus sui || . . . . o (?) universos episcopos et Roma- fol. 9v. ne ecclesie cardinales, cum | . . . . corpus beati Clementis pape et martiris, qui eo tempore per quem | (dam Constan)tinum philosophum Rome delatum erat, non est visum apostolico et Romane ecclesie, | (quamvis ?) sibi grave videretur, petitioni et voluntati imperatoris refragari, et eo maxime | quod tempore illo eadem Romana ecclesia, per eundem christianissimum imperatorem nimis exal|tata, nimia pace letabatur. Quid multa, annuit huiusmodi petitionibus papa sanctissimus et clausum diligenter gloriosi pontificis ac martiris Christi Clementis corpus in locello valde pretioso et proprio insuper suo sigillo signatum honorifice ac devote cum cardinalibus universis eidem imperatori largitus est.

(**5.**) Multis itaque gratiarum actionibus summo pontifici et cardinalibus universis pro tanto dono imperator redditis, omnibusque rite compositis et ordinatis, post aliquantos dies Romam egressus, ad prefatam insulam cum nimia exultatione rediit, secum deferens preciosum beati Clementis corpus et plurimas aliorum sanctorum reliquias. Veniens igitur ad ripam fluminis Piscarie, ubi ex antiqua consuetudine pons regalis dicitur. et volens probare si corpus quod deferebat illius gloriosi martiris Clementis esset, cuius virtute et meritis mare olim per singulos annos recedere per tria milia consueverat et euntibus ad sepul-

3. — [1] reliosi *m. pr.* — [2] mittissimo.

chrum suum viam praebebat, iussit imperator ut mulus cui sancti martiris ossa pretiosa imposita fuerant, coactus in flumine mitteretur. Illud autem animal non verberibus, sed omnipotentis Dei voluntate flumen intravit et per velocissimas [1] piscarias atque profundissimas aquas iter arripiens per [2] flumen terribile illud quasi per siccum callem amplius quam per unius sagitte cursum ambulavit. Sic quoque [3] de fluvio illo sine lesione et cum omnibus reliquiis pretiosis egressus et in insulam ingressus est. Imperator autem et maxima exercitus sui populorumque multitudo ad litus [4] stantes et cernentes tale miraculum immenso stupore nimioque gaudio repleti sunt. Denique laudantibus Deum universis turbis et gratias multas martiri suo reddentibus, insulam omnes ingrediuntur et in sancte Trinitatis sacrosancto templo corpus beati Clementis transtulerunt et deposuerunt VI° kalendas iunias, indictione quinta, anno domini Ludovici imperii vicesimo tertio.

(6.) Post haec Ludovicus imperator, coadunatis omnibus episcopis et catholicis seu religiosis viris illius provincie, una cum archiepiscopis, episcopis, presbyteris quos secum duxerat, [ad] basilicam prefatam sollemniter et in magna gloria in honore
B.-M. 1265. sancte et individue Trinitatis dedicare iussit ; * ubi et almificum
beati pontificis et martiris Christi Clementis corpus et quasdam portiunculas reliquiarum beatorum apostolorum Petri et Pauli et plurimas aliorum sanctorum reliquias venerabiliter per manus pontificum
B.-M 1272. et religiosorum virorum * recondi fecit, et ad cumulum mercedis sue condunavit ibi cetum monachorum superne maiestati famulantium. Quibus etiam pro amore ipsius sancte Trinitatis sueque anime pariter remedio, ne aliquando paterentur egestatem, contulit omnes res suas, quas iusto ac regali tenore
fol. 10. acquisivit tam infra urbem Romam quam extra ipsam|| Romuleam urbem, per
B.-M. 1269. totam scilicet Campaniam et per om<nem Romaniam> <*seu per totam
B.-M. 1272. Penta>polim * necnon per ambos Spolitanos ducatus seu per totam <Tusciam eo videlicet> |ordine, ut absque ullius controversia regulariter sub norma sancti Benedicti degant (?), sancte et indivi|due Trinitati deserviant et pro illo misericordiam ipsius semper exorent.

B.-M. 1257. (7.)*Et quoniam [ut] isdem sa<cer locus ser>|vorum Dei usibus et imperatoris desideriis visus est aptissimus, idcirco ad regimen ipsius venera<ndum>| presbyterum, Romanum nomine, probum moribus et regularibus instru-

5. — [1] p̄velocissimas — [2] *sequitur* siccum *punctis deletum.* — [3] quisque. — [4] lite *cod. ante corr.*

mentis tritum, abbatem instituit,| quatinus eius sollicitudini ac vigilantie Christi ovile commissum universos qui ex mundi [1] turbinibus ad se confugerent, tranquillam [dilectionem] a[c] mundi [1] negotii<s> vitam et ad eterna superne patrie pascua feliciter properare commoneret. Quandiu Ludovicus vero imperator prefati cenobii fundator [2] superfuit, et locus et omnes res eius in dominium et dispositionem suam consistunt, et supra taxatum cenobium habitatoresque ipsius *cum universis respicientibus B.-M. 1265.
ad ipsum mobilibus et immobilibus rebus sub sui mundburdi continuam tuitionem recepit, in tantum ut omnem ipsius tamquam peculiarissime domus sue curam pro amore superno, quoad usque spiravit, exequi modis omnibus decrevit. Post suum vero ex hac luce decessum redierunt et locus et res memorate in ordinatione abbatis et fratrum de prefato cenobio et illi soli eiusdem loci venerandi tutelam commisit, ad cuius honorificentiam suo studio constat extructus.

7. — [1] mondi. — [2] fondator.

IX. Sermo de S. Marso presbytero Autisiodorensi.

Brevi valde et ieiunae laudationi S. Marsi quae in codice Brenkensi 7, olim Bodecensi, saec. XV, fol. 304-304$_v$ reperta est (1), *accedit iam sermo de eodem sancto in exemplari multo antiquiore servatus, in codice inquam Reg. Suec. lat. 497, saec. XI/XII, fol. 140^v-144* (2). *Qui sermo longior quidem etiam est, vix tamen rebus narratis abundantior. Satis igitur erit, neque vero prorsus inutile, paucis fragmentis exscriptis, illius veluti summam exhibere.*

Incipit (fol. 140$_v$) :

Sermo in festivitate sancti Marsi presbyteri et confessoris.

Gloriosam huius diei sollemnitatem exultabilem nobis, fratres carissimi, beati confessoris Marsi (3) commemoratio reddit. Dignum quippe est...

(fol. 141) nobis... qui cum meritorum virtutibus sacrosancta simul eius pignora possidemus (4)...

(1) Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVII, p. 336[78]. — (2) Cf. supra, p. 341[17]. — (3) Alia manus supra lineam pro *confessoris Marsi* scripsit : *martyris Felicis*, atque ita deinceps, ut sermo totus de nescio quo S. Felice legi posset. — (4) Ex quibus verbis colligimus sermonem scriptum esse — sive a moniali, sive a presbytero monialium curam agente — in parthenone Assendiensi (Essen), in quod pridem translatum erat Autrico seu Autisiodoro S. Marsi corpus. Cf. *Anal Boll.*, l. c.

(ibid.) Denique, ut eorum relatione comperimus (1) a quibus sacrosanctas eius reliquias accepimus, speciale, ut seniores eorum tradiderunt, penes ipsos de eo scriptum habebatur, in quo tota vitae et actuum eius historia continebatur. Sed quo modo perierit, incertum habetur (2)... Nam quamvis specialia de eo, ut diximus, scripta perdita esse ferantur, invenimus tamen in passione sancti Peregrini vel unde esset vel quantae sanctitatis et virtutis exsisteret. Siquidem, ut ibi legitur, civis quidam Romanus (3)...

(fol. 141ᵛ) Beatus vero Marsus cum sociis suis, ut in revelatione Corcodomi legitur (4), aegre admodum ferebat se episcopo (5) superstitem remansisse...

(fol. 142)... et in ecclesia, quam primo adventus sui tempore in Autrico construxerant (6), iuxta altare est sepultus. Ubi et nos sacratissima eius ossa, ut in translatione eius plenius refertur (7), anno post incarnationem dominicam DCCCLXIIII suscipere et ad nostrum, Christo propitio, monasterium (8) transferre meruimus. Proinde gaude nunc et exsulta tanto, Saxonia, patrono potita... *(Sequuntur laudationes et adhortationes piae)*

Desinit (fol. 144) : cuncta vel corporibus vel animabus nostris necessaria per eum consequemur, praestante Domino... Amen.

(1) Autisiodorensium. — (2) Prorsus etiam incertum num umquam exstiterit huiusmodi scriptum. — (3) Vita S. Peregrini episcopi Autisiodorensis *(BHL.* 6623), num. 1 sqq. ; *Act. SS.,* Maii t. III, p. 563. — (4) *BHL.* 5200 ; *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 209, num. 29. Neque alia documenta antiqua habuit Suyskenus noster, ad quae historiam S. Marsi componeret. Cf. *Ad. SS.,* Oct. t. II, p 388, num. 9. — (5) Peregrino. — (6) Peregrinus cum Marso et aliis. — (7) Qui libellus utinam reperiatur ! — (8) Ab anno circiter 850 institutum erat a S. Altfrido Hildeshemensi episcopo monasterium Assindense (cf. *MG.,* Scr. t. III, p. 851). Opinabantur saeculo XVII Assindenses corpus S. Marsi tempore Mechtildis II abbatissae, id est sub finem saeculi X, ad ipsos esse delatum. Verum sermone hoc, qui saeculo XII in. non est recentior, docemur saeculo IX translationem esse factam. Forsan in errorem inducti sunt laudatione illa cuius exemplar vel epitome in codice Brenkensi habetur *(Anal. Boll.,* l. c.) ; in qua ita verius interpretandus videtur hic locus : *corpus praedicti confessoris ad Assindensem ecclesiam transfertur* (anno 864) — *et per Mechtildim ibi abbatissam et sororem Ottonis ducis Saxonum in capsa deaurata et lapidibus pretiosis deornata imposita maiori altari honorifice reservatur* (saec. X extr.-XI in.)

X. Petri Augensis narratio de S. Anselmo.

Narrat Eadmerus in Vita S. Anselmi Cantuariensis episcopi (BHL. *526), l. II, c. 60* (1) : Dum igitur Angliam repetendi iter Anselmi certis ex causis aliquantisper demoraretur, rogatus ab abbate Beccensi dedicavit capellam unam infra curtem ipsius coenobii sitam. In qua dedicatione quidam clericus, frenesis valetudine tunc noviter captus, a suis est ante pontificem ductus, illicoque ad benedictionem eius suae mentis alienatione sanatus. *Quae pauca vix non centum versibus explicavit Petrus nescio quis Augensis, cuius carmina in codice Reg. Suec. 499, olim Beccensi, saec. XV, fol. 158-159^{v} sunt descripta* (2). *Forsan coniciat quispiam hunc fuisse Petrum circa an. 1312 abbatem monasterii Sancti Laurentii seu Beatae Mariae Augensis O. S. A.* (3) ; *fatendum tamen est a saeculo XII ad saeculum XV alios Petros in hoc monasterio vivere potuisse.*

Dum Becci quondam velut hospes forte maneret,
Augensis Petrus opud istud metrificavit.

Contigit Anselmum de Roma iam redeuntem
Vergere per Beccum, speculari concupientem
Fratres atque locum sibi pre cunctis adamatum,
Utpote quem primum delegerit ad monachatum,
Unde sed et fuerat prior, unde secundus et abbas.
Qui satis amplifice susceptus et officiose
A pastore loci, conventu non minus omni,
Haut erat extollens pro culmine pontificali,
Immo conformans se norme cenobiali,
Inter eos tantus velut ex ipsis erat unus ;
Nunc claustro residens doctrinam fratribus indens,
Nunc et in ecclesia commiscens cantica diva,
Se satis ostendens humilem gratumque rependens
Actibus in cunctis, sermonibus et bene comptis.
Cumque dies aliquot ageret defessus ibidem,
Omnibus exemplum fieret virtutis et idem,
Interpellatus a fratribus atque rogatus
Templum sacravit, quod primitus edificavit

(1) Ed. Rule, p. 413 (= *Act. SS.*, April. t. II, p. 892, num. 67 med.).— (2) Cf. supra, p. 343[8]. — (3) Cf. *Gall. christ.*, t. XI, col. 296 B.

Nobilis Herluinus per secla suis recolendus,
Fluminis ad rippam Becci fundamina iactans.
Misterium vero festive cum celebraret,
Circuiens templum cum clero sanctificaret,
Clericus en quidam male sanus, ut indidit idem ;
Nam frenesis morbo pervasus desipiebat,
Dentibus et frendens celum clamore replebat ;
Illuc adductus spectabat corpore nudus,
Attamen eius erant solito velata pudenda ;
Et sic pontifici presentatur medicandus,
Omnibus hunc ipsum cernentibus, ac miserandus.
Qui rapiens cantus e presulis ore canebat,
Vocibus et rabidis debachans hos repetebat.
Vix quoque divelli poterant ex ore miselli.
In quem respiciens vir sanctus eoque gemiscens,
Hunc solita motus super ipsum pro pietate
Et super astantum nichilominus improbitate,
Qui nimis instabant et ferre manum flagitabant,
Pelvi quo limpham dabat aspergendo sacratam
In faciem stantis sic iecit more iocantis,
Ut caput ipsius cunctos roraret et artus.
Mirum conspiceres, si lumina propter haberes.
Nam veluti ferrum candens in gurgite mersum
Ilico frigescit, nimius calor atque tepescit,
Sic ac conspersam super hunc a presule limpham
Mox rabies cessit, furor omnis et ipse recessit
Quis modo fervebat, paulo quibus ante stupebat ;
Utque prius suevit, sic comminus ipse quievit
Postque [1] sacramentum misse sollenniter actum
Concitus accurrens pedibus provolvitur almi,
Ipsius immense grates referens pietati
Pro sibi su<p>pleta capitis mentisque medela.
Cuius et accipiens caput in manibus sibi strinxit
Anselmus presul, post in faciem benedixit.
Illud ei suadens quod caucius amodo vivens
Se custodiret, ne quid sibi peius iniret ;
Pervigil instaret, instancius ac vigilaret,
Ne sibi peiora fierent iam posteriora.

[1] Postquam *cod.*

Et sic dimisit, sic ad sua retro remisit
Famine discretum, mutata mente quietum.
Quo simul astantes vehementius obstupefacti
Iure Deum laudant, operis novitate coacti;
Pontifici dignum tanto referunt et honorem,
Hunc quia credebant iuvenis sedasse furorem,
Id licet attribui sibi prorsus non pateretur,
Immo Iesu Christo, qui solus cuncta medetur.
His [1] aliisque satis virtutibus equiparatis
Claruit Anselmus abbas antistes et almus.
Unde patet clare, nec quem decet hinc dubitare,
Quin superi regni potiatur luce perhenni.
Conspicit ipse Deum velut est in munere sanctis,
Quod datur et satis [2] est hunc ipsum cernere sanctis,
Hec quoniam vita describitur esse beata — Cf. Ioh. 17, 3.
Nosse Deum Patrem cunctorum compositorem,
Ipsius et Genitum, quem misit ab ethre deorsum
Sanguinis ymbre sui delere malum prothoplasti,
Et sibi Neuma sacrum pariter cum prole coevum;
Agnitio quorum fit gloria summa bonorum.
Hac, ut taxavi iam desuper utque notavi,
Altius invehitur Anselmus eaque potitur,
Quam sitiens semper optaverat expetiendo,
Cervus aque fontes desiderat ut sitiendo. — Ps. 41, 2.
Non eget pro se; nunc exorando rogemus,
Ac magis ut Christum pro nobis oret egemus,
Cum iam letetur, quia gustans participetur
Quam suavis constet Dominus, quam dulcis et extet,
Et quid non vidit oculus, non audiit auris, — I Cor. 2, 9.
Id contempletur, contemplando satietur,
Et nos obtineat dire corrupcio sortis,
Quam sequitur semper misere districtio mortis.
Laus sit ei tandem, victoria perpetualis
Et comitetur honor, virtus simul imperialis,
Talia servorum qui perpetrat ore suorum,
Munere sed certo post ditat eos et aperto.

[1] hiis *cod.* — [2] sanctis *m. pr.*; sactis *corr.*

XI. Miraculum S. Fidis martyris Aginnensis.

Rettulit monachus quidam prioratus Sanctae Fidis de Longa Villa, dioecesis Rotomagensis, qui tunc praesentem se adfuisse testatur (1), *in ipso prioratu Turoldum, olim Baiocensem episcopum, iam monachum Beccensem, meritis sanctae martyris ab hernia esse liberatum. Quam sanationem " in libro passionis eiusdem virginis „ narratam invenit, paucis contraxit et anno circiter 1146 contigisse censuit Lucas d'Achery vel quisquis chronicon Beccense, quale ab eo editum est, plurimis interpolationibus auxit* (2). *Testem multo antiquiorem atque, ut videtur, rebus gestis aequalem, protulisse iuverit, cuius narrationem vel saltem praecipuas narrationis partes exscripsimus ex codice Reg. Suec. 499, olim Beccensi, saec. XV, fol. 161-162v* (3).

Miraculum beate Fidis de episcopo Baiocensi, qui postea factus fuit monachus Becci.

Fuit nostris temporibus vir valde venerabilis, Turoldus nomine, germanus Hugonis Evremodensis (4), pontifex ordinatus Baiocassine urbis (5), seculi rebus ac dignitate non mediocriter insignis. Qui Dei omnipotentis inflammatus desiderio universa seculi huius emolimenta, thesauros videlicet honores dignitates pompasque fumeas, pro nichilo ducens, divinitus corde compunctus, immundum cum sua voluptate fallaci respuit mundum atque reverentissimum Beccense cenobium credidit expe[c]tendum ; ubi devotissime susceptus, Dei ac Domini nostri gratia nomen monachi assumpsit et habitum (6). Monachus autem factus tante humilitatis, modestie ac gravitatis discretionisque sectator extitit ut parvo in tempore non solum iunioribus

(1) Cf. narrationis initium : *Fuit nostris temporibus*... et finem : *Die autem ipsa manens nobiscum*... — (2) *P. L.*, t. CL., col. 653 A. Ex quo collegerunt alii Turoldum saltem ad annum 1146 superstitem fuisse ; cf. v. gr. *Gall. christ.*, t. XI, col. 360 D. — (3) Cf. supra, p. 343[11]. — (4) Envermeu. Ab Hugone Beccensibus donatus erat prioratus Sancti Laurentii de Evremodio. — (5) Paulo ante an. 1101. Cf. *Gall. christ.*, t. XI, col. 360. — (6) Cf. Ordericus Vitalis, *Hist. eccl.*, l. x, c. 4 (ed. Le Prevost, t. IV, p. 18) : *Cuius* (Odonis, † 1097) *obitum rex Guillelmus ut audivit, Turoldo, fratri Hugonis de Ebremou, episcopatum dedit. Qui post annos septem praesulatum pro quibusdam arcanis ultro reliquit et in coenobio Beccensi sub Guillelmo abbate monachili regulae se submisit ibique multo tempore usque ad finem vitae regulariter Deo militavit.*

iter ad celestia capessenda[1] preberet, verum etiam prioribus ipsis in regule observatione cunctisque optimis studiis sese mirabilem exhiberet. Verum quia scriptum est: *Quem diligit Dominus* Hebr. 12, 6. *corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit*, electorum omnium pater et dominus reverentissimum virum hunc tempore prolixo ea flagellavit molestia que vulgo nuncupatur ruptura, qua intestinorum non minima portio exig<u>o foramine in locum ingrediens genitalium dirum valde ingerebat dolorem, sed, natura exigente, revocata interius diriorem. Hanc vero miseriam vir sanctus, pudore optimo decoratus a Deo, teste conscientia studuit operire...

Porro cum nocte quadam ita dolore confectus esset ut sibi iam moriturus videretur, apparente ei S. Fide, quam in adiutorium advocaverat, sanatus est. Audisse autem dicitur vocem hanc :

“ Surge sanus et intellige precibus beate Fidis integre te red-
„ ditum sospitati, et ad te accersito hoc ipsum indicabis[2] abbati.
„ Orabis etiam ipsum quatinus fratrem Girardum cognomento
„ Giffardum (1) Longueville (2) dirigat, qui salvatori tuo gratias
„ pro salute tibi concessa referat ac candelis super ecclesie altare
„ reverentissimum offerat. „

Iubente igitur abbate ut ipse cum fratre Girardo *ad locum* pergeret,

nec multo post cum denominato fratre Longeville pervenit. Post orationem vero domno Rogerio priori (3) omnia quae pertulerat et que circa illum Deus omnipotens fecerat secreto reseravit... Denique, accepta licentia, in coquinam[3] perrexit atque candelam sibi congruam preparari precepit ; qua cum gratiarum actione ac debita veneratione oblata, rogatus a priore missae maioris celebravit mysteria cum omni gaudio spirituali

[1] capescenda *cod.* — [2] iudicabis. — [3] quoquinam.

(1) Veri prorsus est simile hunc fuisse consanguineum illius Gualterii Giffardi II († 1102), a quo nuper conditus erat prioratus Sanctae Fidis de Longavilla. Cf. ORDERICUS VITALIS, *Hist. eccl.*, l. XI, c. 4 (t. c., p. 183-84). — (2) Longueville-la-Giffard (dép. Seine-Inférieure, arr. Dieppe). De prioratu cf. Arturus DU MONSTIER, *Neustria pia* (Rotomagi, 1663), p. 666-69 ; A. BOUILLET et L. SERVIÈRES, *Sainte Foy* (Rodez, 1900), p. 320-21. — (3) Inscriptum est nomen eius in necrologio prioratus Longae Villae ad d. 22 ianuarii et ad d. 30 decembris. Cf. *Recueil des historiens des Gaules*, t. XXIII, pp. 433, 438. In vivis supererat circa an. 1145 ; cf. DU MONSTIER, t. c., p. 668.

et devotione precipua. Die autem ipsa manens nobiscum in omni Salvatore Deo et adiutrice sua Fide magnificata magnifice exultavit. Sequenti vero luce, accepta benedictione, cum collega gaudens ad monasterium remeavit.

XII. Vita S. Donati eremitae in monte Lura.

Vitae S. Donati, miris narrationibus refertae, quae non ita pridem ex codice Parisiensi lat. 3793, saec. XII, edita est (1), *accedit altera recensio seu potius alterius recensionis pars ultima, quae, prioribus foliis perditis, servatur in codice Reg. Suec. 517, saec. XII/XIII, fol. 1-1ᵛ* (2). *Supersunt dumtaxat ea quae aliis verbis relata sunt in Vita* BHL. *2310, c. 13 extr., c. 14 et 15, ita ut in c. 13 recensio haec altera fusior sit, in c. 14 et c. 15 contractior. In rebus utraque bene convenit, in verbis autem raro, aliquando tamen, v. gr.*

Vita *BHL.* 2310.	Vita altera.
c. 15. una cum Florentino introivit ecclesiam. Qui dum prolixius orarent...	*c. 15.* et sic ad orationem introierunt. Qui dum prolixius orarent...

Etsi autem Adonis annuntiationi de S. Donato ad d. 18 augusti similior esse videtur Vita BHL. *2310* (3), *eo tamen stilo scripta est ut Adone antiquiorem esse vix crediderim, sed probabilius videatur ab Adone lectum esse libellum ex qua et Vita* BHL. *2310 et nostra prodierint. Hac tamen de re tunc demum certius iudicium proferri poterit quando integram alteram recensionem reperire contigerit. Interim fragmentum damus, appositis numeris capitum Vitae* BHL. *2310 in quibus eaedem res sunt narratae.*

(13.)..... "Domine Iesu Christe, qui tanta mirabilia operare dignatus es, qui de aqua vinum fecisti et puellam illam, nomine „ Tabita, mortuam suscitasti, ostende virtutem tuam super „ hanc puellam, ut illuminentur oculi eius, et absolve eam ab „ omni dolore quem patitur. „ In illa hora accessit sanctus

(1) *Catal. Lat. Paris*, t. I, p. 309-15. Cf. *BHL.* 2310. — (2) Cf. supra, p. 347[1]. — (3) Locos contulit v. cl. H. Quentin, *Les martyrologes historiques* (Paris, 1908), p. 255-56.

Donatus ad puellam illam, et faciens ei signaculum crucis, statim ceciderunt ex oculis eius tamquam scamae albae, et illuminata est in illa hora (1), et omnes dolores abscisae sunt ab ea. Tunc apprehensa manu eius, beatus Donatus restituit eam parentibus suis. Celsius autem cum omni domo sua et omnes nationes eius veniebant ad eum et consolabantur ab eo. Tunc sanctus Donatus deprecatus est Celsium ut liceret ei ad androlam (2) suam reverti, ut ibi conversaretur. Tunc Celsius deprecatus est eum ut ibi maneret nocte illa. Crastina autem die illucescente, egressus est Celsius una cum episcopo et cum omni populo, et deduxerunt eum ad cellulam suam, unde eductus fuerat. Tunc Celsius praecepit domesticis suis ut amplificarent ecclesiam illam in honore sancti Martini, et omnia quae ibidem necessaria erant ministrarent (3).

(**14**.) Cumque ibidem sanctus Donatus multis diebus conversaretur, quadam die ingressus ad orationem invenit in atrio ecclesiae suae infantulum vagientem, qui prope natus fuerat. Cumque vidisset eum sanctus Donatus, elevatis oculis ad caelum, oravit ad Dominum, dicens : " Domine Deus, qui hominem de limo terrae „ plasmasti, praesta mihi adiutorium, ut hic infans, si ex tua „ voluntate in hunc locum advenit, ostende mihi qualiter eum „ nutriam. „ Dum sanctus Donatus haec orasset, egressa est cerva de silva ; plenis uberibus venit ad locum ubi sanctus Donatus habitabat, sicut ovis mansueta. Beatus autem Donatus apprehendit infantulum et posuit eum ad ubera eius, et nutrivit eum quoad usque ambulare potuit et de alio cibo vivere. Sanctus vero Donatus benedixit cervam illam et direxit eam ad gregem suum.

(**15**.) Cumque beatus Donatus ibidem multis temporibus habitaret, appropinquavit enim tempus eius, ut migraret ad Dominum. Beatus vero Marius erat in heremo, in monte qui dicitur Bodico, et venit ad eum angelus in revelationem, ut veniret ad beatum Donatum et consolaret eum. Cumque festinanter venisset et salutassent se invicem, gavisi sunt gaudio magno, et sic ad orationem introierunt. Qui dum prolixius orarent, sanctus Dona-

(1) Puellam caecam vel caecutientem fuisse non docet Vita *BHL*. 2310. — (2) *Andreolam* habet Vita *BHL*. 2310 (p. 314, l. 13). Videtur idem significare quod parvum antrum. In antro enim habitabat Donatus (cf. Vita *BHL*. 2310, c. 12, 13). — (3) Haec dumtaxat habet Vita *BHL*. 2310 : *Abhinc Celsus ampliari fecit ecclesiam, ministrans necessarios sumptus.*

tus migravit ad Dominum. Sepelivit eum sanctus Marius una cum beato Florentino collega eius, et sic reversus est sanctus Marius ad locum suum. Sanctus vero Donatus requievit in Domino xv kal. septembris (1) ; cui est honor et gloria, virtus et potestas per infinita saecula saeculorum. Amen.

XIII. De capite S. Iacobi Maioris in monasterio S. Georgii Maioris Venetiarum asservato.

Annotationem de qua supra, p. 358[10], iam animadvertimus ex codice Marciano lat. CCCLX editam esse a Flaminio Cornelio, Ecclesiae Venetae... illustratae, *t. XII (1749), p. 228-29.*

XIV. Vita S. Aldrici episcopi Senonensis.

Praeter editam Vitam S. Aldrici (BHL. *263), quam alii saec. XI* (2), *alii X* (3), *alii forsan IX compositam esse censuerunt* (4), *scripta est altera fusior, cuius superest solum fragmentum in codice Reg. Suec. 598, fol 104 et 103, saec. XI* (5). *Narrantur autem ibi ea quae aliis verbis legimus in Vita* BHL. *263, num. 9-12 in.* (Act. SS.). *Neque tamen ita commode alterius Vitae fragmentum legitur ; folium enim 104 umore et corruptum et contractum est, ut non paucis in locis apices iam vix ac ne vix quidem perspici possint. His quae supersunt manifestum est in hoc utramque Vitam convenire ut in monasterio Ferrariensi Aldrico abbatem suffectum esse Wenilonem doceant* (6) ; *dissentiunt vero alio in loco* (7) : *narrat enim Vita* BHL. *263 ab Aldrico initum esse consilium ut, abdicato episcopatu, ad Ferrarienses suos rediret ; quod ne perficeret, morte superveniente esse impeditum ; eius tamen corpus, ut iussisset, ad coenobium Ferrariense delatum. Aliter Vitae fragmentum quod rep-*

(1) Ad eundem diem ab Adone laudatus est Donatus ; *XIIII kalendas septembris* habet Vita *BHL.* 2310. — (2) Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, 1, p. 566, num. 1. — (3) Rivet, *Hist. litt de la France*, t. VI (1742), p. 515-16. — (4) L. Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. II, p 417. — (5) Cf. supra, p. 389[5]. — (6) Quam rem contra alios approbare conatus est Henschenius noster, *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 757, annot. *b*. — (7) Num. 10, 11.

perimus, in quo legimus reapse Aldricum, omisso episcopatu, ad monasterium reversum ibidemque vita esse functum. Age vero, haec non recte dicta esse, immo Vitam BHL. *263 res, ut gestae sint, explicasse certiores nos facit scriptor aequalis idemque Aldrici discipulus, Lupus abbas Ferrariensis ; is enim in epistula ad Guenilonem Senonensem episcopum, Aldrici successorem, haec scribit :* Aldricus qui... nobis, cum esset abbas, ablatus et eclesiae Senonicae pontifex factus est, ad nos immutabiliter proposuerat regredi, episcopali cura omissa, quando hanc vitam. ut credimus, feliciore mutavit (1). *Quod argumento nobis esse potest ut censeamus Vitam hanc novam ea quae pridem edita est aetate recentiorem esse. Alteram ab alterius scriptore certe lectam esse ostendunt loci quidam, v.gr.*

Vita *BHL.* 623.	Vita altera
c. 10. coepit secretius beati Martini sententiam refricare asserentis quod sibi maior fuerit virtus ante episcopatum quam in episcopatu.	*c. 10.* quippe qu<i exemplo> beati Martini summi confesso<ris dice>re erat solitus quod maior sibi <fuerit virtus>ante episcopatum quam in episcopatu.
c. 12. Post beatum Aldricum praedictae urbis cathedram sortitus est Geneaulus, quem ipse saepe dicto monasterio abbatem praefecerat.	*c. 12.* predicte urbis cathedram sortitus est Vuenilo, quem ipse beatus abbatem sepe dicto prefecerat monasterio.

De quibus ut ipse lector iudicium sibi faciat, inventa fragmenta, quantum fieri potuit, hic exscripsimus.

<. . . . .> fol. 104.
<. . . . . >tro
<. . . . .>
(9.) Erat <eo> tempore in <territorio> urbis predic-
<te . . . m>onasterium <in honore> Sancti Remi-
<gii consecratum. . . . .> quia
<. . . . .> loci <. . . . .>
<. . . . .> seduli-

(1) Ep. 29 (*P. L.*, t. CXIX, col. 488-89 ; *MG.*, Epist. t. VI, p. 35, l. 21).

<. . . . . > Vallirias (1) delib <eravit. . . . . i>ntolerabile <. . . . .> et habitu dis<. . . . .>initates quorum profecto<. . . . .>et. Ad hoc <. . . . .> sedicionesque qua pe <. . . . . .>bis <. . . .> et eorundem monachorum <. . . . .> nonnumquam exercebantur <. . . . .> pastores gregum Abraham et <. . . . .> legitur discessisse, quippe qu<. . . . .> peregrinationis sue qua Deo competit <. . . > una <. . . . .> nimia multitudine <. . . . .> nequibat tolerare. Hac ipsa spec<. . . . . . .>dispo(suit) facere, scilicet ne quos <. . . .> uide <. . .>ur regere ea videret discind<. . . . . . .>dine. Ut ergo animo disposuerat <. . . . . . monas>terium transtulit Vallirias ; qu<od tamen> ceperat, immo reputabat, non peregit, quia inter agendum plurimis secularium inportunitatibus, quibus sese nichil asserebat debere, cepit continuari. Hac pro re secum plurimis horarum momentis cepit conqueri, fol. 104v. qualiter ab his et huiuscemodi < . . . . >ibus posset expediri. Cogitabat <. . . . .> quos dissimili alebat actu et opere <. . . . .>re. Sed interim timebat ne dirime<rentur> ab animarum predone. Quia igitur <et illos> quibus preerat et istos quibus ine<. . . . . i>nsolencia deperire metuebat, qu<. . . . .> quibus utrisque sollicite satis neq<. . . . .> esse quamquam posset prodesse <. . . . .>, iugiter Domini misericordiam postu<labat, qua>tinus dissolvi et esse cum Christo mere<retur.> Sciebat enim et ab apostolo <esse dictum> quoniam si terrestris haec domus <nostra> habitacionis dissolveretur hedific<ationem ex Deo>se habiturum non manu factam, sed <aeter>nam in celis. Afflatus itaque <. . . . .>is cepit

(1) *Valerias* Vita *BHL*. 623.

petere velut diu a patria<. . . . . >us baculum sustentationis morte < . . . . . . scili>cet corporis, sibi a Domino adtribui.

(10.) Post innumeras igitur <. . . . . . . >es infirmorumque quorumlib<et . . . .>atas ebitutines pro sancta quoque <ecclesia,> quam tuendam susceperat no<. . . . . > toleratos labores ad ardorem <. . . . . > semper animo estuarat corde <. . . . . >tum est reversus, quippe qui ad <exemplum> beati Martini summi confesso<ris dice>re erat solitus quod maior sibi <fuerit virtus> ante episcopatum quam in episcopatu <. . . . .> simul |etiam fratrum Bethlemicensium (1) sedulitate, qua vel mo- fol. 103. mento temporis, si foret possibile, nolebat carere, animatus, assiduabat crebrius atque ferventius eis interesse et singultuosis precibus magis magisque Domini misericordiam flagitare. ut a qua eum promoverat, monachice redderet vite, tali consulto ut quos dimittere properabat sua protegeret atque consolaretur clementia, quatinus et sibi ad eorum profectum pastorem secerneret idoneum. Sed quid diu iustorum postulationibus denegatur, qui profecto spiritus consilii sunt domus ? Utraque enim expostulata conperit non multo post a Domino provide satis deliberata, scilicet et sibi contemplativam pausationem, et subditis dignum et congruum pastorem. Qua gratia ad monasterium reversus, omisso episcopatu, quem fratribus preposuerat sibi quoque preesse disposuit et discipulus discipuli primo passus est esse magister magistri.

(11.) Non post multum itaque postquam in monasterio venerat, utque ipse paulo ante divinitus compererat, cepit membrorum gravi inconmodo pulsari, sed tamen animi vigore ad superna magis ac [1] magis roborari. Eadem in vultu eius que semper serenitas erat, eadem in corde soliditas conmanebat [2]. Sed quia levi igne purgationis lignum, fenum et stipula[m], peccata vide- Cf. I Cor. 3,12. licet minima atque levissima, facile consumuntur, cum pro-

11. — [1] aut *cod.* — [2] cum manebat *m. pr.*

(1) Id est Ferrariensium. Cf. Lupi Ferrariensis epist. 13 *(P. L.*, t. CXIX, col. 461 B ; *MG.*, Epist. t. VI, p. 23, l. 6).

I Cor. 3, 13. fecto dicat Paulus quia ignis probabit quale sit unius|cuiusque fol. 103v. opus, brevi inconmodo pulsatus, artus vitalis remisit spiritus, quem Egiptia servitus diu oppressum, nec tamen luto et paleis habebat superatum. Sicque conmissi talenti fenore terram repromissionis, viam scilicet omnis ingressus carnis, a labore ad requiem, a volubilitate tetendit ad eternitatem, subditis luctum, angelis dans gaudium. [Funus[3] autem beatissimum veneratione qua decebat apud monasterium Sancti Petri est humatum in oratorio Sancti Andree]. Ubi, cooperante superna clementia, infirmis cuiuscumque inconmodi aut debilitatis largitur conmoda, non minus post mortem quam in vita signis fulgens. Ubi etiam beatam prestolatur anastasim, qua ei corona, que nunc singularis est, geminabitur mercesque que nec sensu potest animadverti, quippe quia insensibilis invisibilisque creditur, felitiori commertio reconpensabitur. Quam nobis sua sancta inpetret invocatione, ut quam non meremur opere, vest /////[4] eius hab /////////////[4]ta imitatione.

(**12.**) Sed ne sancti pontificalisque[1] laboris aliqua intercideret mora, predicte urbis cathedram sortitus est Vuenilo, quem ipse beatus abbatem sepe dicto prefecerat monasterio. Qui etiam eidem monasterio abbatem constituit Lupum, beati Aldrici discipulum adprime educatum et omnium artium liberalium studiis sagacissimum (1). Is igitur Uuenilo, cum in bonorum[2] actuum exercitiis pervigilaret et mente celo plus|

— [3] (Funus... Andree) ***haec pridem lineis obductis sunt deleta.*** — [4] ***Haec vel erasa sunt vel usu detrita.***

12. — [1] pontificalixque *cod.* — [2] bonosrum *cod.*

XV. Miraculum imaginis Aurelianensis Christi crucifixi.

De hoc miraculo paucis meminit Rodulfus Glaber, Hist. l. II, c. 5, § 8 : Anno igitur incarnati nongentesimo (2) octogesimo octavo contigit in urbe Aureliana Galliarum admodum memorabile atque formidolosum portentum. Constat ergo in eadem urbe

(1) Haec de Lupo, quae sunt verissime dicta, non habet Vita *BHL*. 623. — (2) Etsi *octingentesimo* in codicibus legitur, iam dudum monuerunt viri docti a Rodulfo scriptum esse *nongentesimo*. Ipse enim docet (ibid., § 9) miraculum accidisse tempore Arnulfi episcopi (cca. 987-1003).

monasterium in honore apostolorum principis antiquitus constitutum, quo primitus collegium sanctimonialium virginum omnipotenti Deo deservisse dignoscitur, quod etiam exinde cognomento Puellare dicitur (1). In cuius denique monasterii medio defixum stabat venerabile crucis vexillum, preferens ipsius Salvatoris pro salute humana mortem patientis imaginem, a cuius scilicet imaginis oculis per aliquod dierum spatium continue, multis cernentibus, rivus emanavit lacrimarum ; ad quod nimirum terribile spectaculum inspiciendum multitudo maxima convenit hominum, plerique tamen, cum illud cernerent, admodum animadvertentes quoddam esse divinitatis presagium, videlicet illius urbis superventure calamitatis (2) ; *additque anno insequenti urbem deflagrasse.*

Eiusdem miraculi fusiorem ac distinctiorem narrationem, quam in “ *Actis S. Petri Puellaris* „ *repertam Carolus Sausseyus paucis contraxit* (3), *saeculo XV exscriptam repperimus in codice Reg. Suec. 623, fol. 149-150* (4). *Quae quo tempore conscripta sit nullo indicio est proditum.*

(**1.**) Intra civitatem Aurelianensem est ecclesia in honore beate Dei genitricis virginis Marie et beati Petri apostoli apostolorum principis consecrata, cognomento Puellarum, ob conversionem scilicet monacharum inibi quondam Deo militantium (5). In qua ecclesia est quedam imago dominica, que peccatoribus dominicam in ligno crucis pro delictis populi affixionem representat, reverenda admodum atque veneranda [1] specie et ultra communem memoriam hominum antiquitate. Hec de terra formata, sed celesti virtute est predita ; non multi precii pro quantitate, sed eximie dignitatis munere celestis gratie. In hac ex quibusdam latentibus causis, que soli Deo cognite sunt, tanta efficacia est virtutis ut egroti diversis valitudinibus laborantes, quicunque de ablutione pedum illius biberunt, discedant sani.

(**2.**) Quadam vero die, maxima tempestate exorta, dum concitato aere cum ingenti fragore mugirent tonitrua, coruscarent per siccum fulgura, cum neque grando neque pluvia caderet et

1. — [1] venerenda *cod.*

(1) Saint-Pierre-le-Puellier. — (2) Ed. M. Prou, p. 34-35. — (3) *Annales ecclesiae Aurelianensis* (Parisiis, 1615), p. 354-55, n. xxx, xxxi. — (4) Vid. supra, p. 392[11]. — (5) Recte dictum ; nam saeculo X in monialium locum successerant canonici. Cf. *Gall. christ.*, t. VIII, col. 1517 c.

celum terrorem vehementissimum interminaret, multo frequentique populo in ipsa ecclesia hora nona congregato, repente, cunctis qui aderant intuentibus, cepit imago illa crucifixi lacrimari, ceperunt ab oc[c]ulis illius lacrime fluenter decurrere et super altare, quod sub pedibus ipsius est, distillare. Fit ad istum miraculum maximus tocius populi concursus, aliis diligenter e proximo intuentibus, aliis e diverso circunquaque rimantibus, si forte aqua illa a[l]liunde distillaret, si vere ab oculis crucifixi emanaret. Postquam autem omnia satis explorata sunt, et quod lacrime ille vere ab o[c]culis imaginis emanare<n>t pro comperto habuerunt, communi consilio pelves ereas subponi fecerunt, ut lacrimas defluentes colligerent et ad posteritatis memoriam sempiternam in sacrario reservarent.

(3.) Sed mirandis plus miranda succedunt. Statim nanque ut pelves subposite sunt et lacrime influxerunt, lacrimarum vis pelves ereas terebravit et foramen patulum in fundo utriusque patuit. Stupebant nimirum universi et lamentabantur, videbant et terrebantur. Tunc sacerdos quidam decanus ipsius ecclesie, bone memorie Rainaldus (1), sapienti consilio usus, corporalem pallam de sindone. super quam ipsa die dominicum corpus et sanguinem ipse consecraverat, attulit super altare, explicuit et in ipsa quitquid lacrimarum defluxit postea collegit, nec ulla illarum sindonem pertransiit. Que utraque, videlicet et pelves et corporale, ad memoriam posteritatis pro magnitudine miraculi reservantur in scrinio eiusdem ecclesie in testimonium.

(4.) In ipsa denique die in ulcione scelerum Aurelianis novem fulgura ceciderunt ; vinee et sementes, cum tamen hiems esset, grandine incomparabili attrite sunt. Plurima quoque edificia corruerunt. Eodem postmodum anno in tota Aurelianorum provincia maxima frugum penuria et necessariorum fuit necessitas, adeo ut sane mentis homines recognoscerent et peniterent, et ad
Ps. 7,13-14. alterutrum dicerent : " Vere, nisi conversi fueritis, gladium suum „ vibravit Dominus ; arcum suum tetendit et paravit illum, et in „ eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. „

Indixerunt ergo ieiunium et planxerunt omnes super se fleve-

(1) *Orante Rainaldo primo decano* canonicis Sancti Petri bona quaedam confirmavit die 14 decembris 1006 Robertus rex *(Recueil des historiens des Gaules,* t. X, p. 586-87). De anno cf. Ch. Pfister, *Études sur le règne de Robert le Pieux* (Paris, 1885), p. lxx.

runtque; et placatus est Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat, et misertus est populo suo Salvator mundi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen. Exod. 32, 14.

XVI. Monachi Suessionensis narratio de dente S. Iohannis evangelistae ad Sancti Arnulfi Mettensis servato.

Etsi multorum corpora se possidere gloriabantur monachi Sancti Medardi Suessionenses, omni tamen arte, etiam minime probanda, usi sunt ut plura haberent vel saltem habere existimarentur. Cuius rei exemplum memorabile a Papebrochio nostro agnitum, ita optime exponit v. cl. O. Holder-Egger (1): „ *Diserte et luculenter narrat Einhardus in Translatione SS.* „ *Marcellini et Petri* (2) *cum suis nuntiis, qui horum sanctorum* „ *corpora in Germaniam transtulerunt, ab Hilduino abbate* „ [*Sancti Medardi Suessionensi*] *presbyterum quendam missum* „ *esse, qui alicuius sancti reliquias S. Medardi monasterio* „ *apportaret; hunc frustra laborasse ut S. Tiburtii corpus* „ *acquireret; postea magnam partem reliquiarum SS. Petri et* „ *Marcellini furatum esse; hanc vero partem ab Hilduino* „ *ipsi Einhardo demum restitutam esse. Attamen duobus saecu-* „ *lis post haec* (3) *monachi Sancti Medardi et Tiburtii et Mar-* „ *cellini et Petri integra corpora se possidere contenderunt. Quod* „ *ut probaret, monachus quidam auxilio relationis ab Ein-* „ *hardo scriptae historiam ita commentus est ut, ubi ille de cor-* „ *poribus SS. Petri et Marcellini translatis retulit, hic Ratleico* „ *nuntio Einhardi missos Hilduini substitueret; ubi ille Tibur-* „ *tium frustra quaesitum esse narrat, hic eum inventum* „ *esse scriberet; alia impudentissime mutaret et effingeret, verba* „ *tamen multa Einhardi retineret aut levius alteraret. Haec* „ *optime exposuit, fraudem detexit et castigavit D. Papebro-*

(1) *MG.*, Scr. t. XV, p. 392. — (2) *BHL.* 5233. — (3) Quin ante medium etiam saeculum IX id contendebant; scribebat enim hoc tempore Nithardus (*Hist.*, l. III, c. 2): *Cumque Suessonicam peteret urbem* (rex Karolus anno 841), *monachi de Sancto Medardo occurrerunt illi, deprecantes ut corpora sanctorum Medardi, Sebastiani, Gregorii, Tiburcii, Petri et Marcellini, Marii... in basilicam ubi nunc quiescunt, et iam tunc maxima ex parte aedificata erat, transferret.*

„ *chius* (1), *qui etiam ab Odilone* (2) *hoc vile opusculum* (3) *fabri-* „ *catum esse negavit, saeculo XI vel XII id scriptum esse cen-* „ *sens. Nihil igitur historiae inest in hoc opusculo mendaci,* „ *multum vero disci opinamur intellegendo quomodo auctor* „ *librum Einhardi suo consilio aptaverit.* „

Age vero, in altero eoque antiquiore ex codicibus saeculi XI, olim Sancti Medardi, in quibus libellus iste nobis servatus est, in codice inquam Reg. Suec. 1864 (4), *alia narratio legitur (fol. 40-43) a monacho eiusdem abbatiae paulo post, id est exeunte saeculo XI vel ineunte XII, exarata* (5), *quam facere non possumus quominus in similis, quin etiam in multo callidioris fraudis suspicionem vocemus. Libellum, quem integrum, omissis solis piis commentationibus quibus dilatatus est, infra proferimus, si incautus legeris, aestimabis forsan id unum scriptori propositum fuisse ut historiam ecclesiae Mettensis · Sancti Iohannis seu ecclesiae monasterii Sancti Arnulfi persequeretur ac nominatim de dente S. Iohannis evangelistae referret, quem S. Patiens Mettensis episcopus idemque, ut dicebant, Iohannis discipulus, a magistro suo, dum viveret, accepisse tradebatur* (6) *ac secum in Gallias apportasse; quae omnia narravit manifeste iis scriptis usus quos monachi Sancti Arnulfi Mettenses composuerant* (7). *Narrationis autem summa haec est : ecclesiam Sancti Iohannis a S. Patiente conditam et dente sancti apostoli, qui in pixide argentea inclusus esset, aliisque reliquiis ditatam; S. Arnulfo in ea sepulto illustriorem esse factam ; ab Hunis esse eversam; ab abbate Guarino rursus aedificatam ; ab eodem invitatum esse Leonem IX papam, ut eam consecraret;*

(1) *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 206-8, num. 95-102. — (2) Monacho Sancti Medardi a quo paulo ante an. 932 composita est narratio de translatione S. Sebastiani an. 826 facta (*BHL*. 7545). — (3) *BHL*. 8286. — (4) Cf. supra, p. 409[2] ; alterum exemplar habemus in codice Ottoboniano 811 (supra, p. 431). — (5) Cf. supra, p. 410[8]. — (6) Vita S. Patientis (*BHL*. 6482), c. 5; *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 469. Cf. Gesta episcoporum Mettensium, c. 4 (*MG*., Scr. t. X, p. 535). Utroque documento antiquior videtur libellus noster. — (7) Videtur praesertim legisse " Dedicationes S. Arnulfi Mettensis „, quas ex codice Mettensi 64, saec. XIV/XV, edidit G. Waitz, *MG*., Scr. t. XXIV, p. 545-49. Licet enim " Historia S. Arnulfi Mettensis „ (partim ed. ibid., p. 527-45), cui Dedicationes in codice subiunctae sunt, saeculo XIII sit composita (cf. ibid., p. 492), partem tamen Dedicationum antiquiorem esse vel saltem in his antiquiorem libellum exscriptum esse crediderim.

invento tunc dente S. Iohannis, dubitantes de hoc apostoli pignore a Leone esse ad credendum inductos; renitentem Herbertum Romaricensem cancellarium de sua incredulitate esse punitum.

Sed si quis rem penitius inspiciat, in bene longa illa oratione Leonis IX, quae plus tertiam partem libelli implet (c. 6-8), locum animadvertet qui in fontibus Mettensibus deest et Suessionensis monachi Sancti Medardi manum ac subdola consilia prodit (c. 7). Fingitur enim pontifex, ut de dente S. Iohannis omnem ab audientium mentibus dubitationem summoveret, meminisse de re quae nuper in concilio Remensi ipsi esset relata : daemoniacum nescio quem docuisse in monasterio Sancti Medardi dentem Salvatoris servari; reapse ibi pixidem argenteam inventam esse, in qua dens ille esset servatus ; porro daemoniacum affirmasse : Ecce dens Verbi Patris cum dente preconis Verbi eodem includuntur metallo, *id est, si recte intellego, non " una eademque pixide argentea includi dentem et Salvatoris et Iohannis evangelistae„, sed : " ut Mettis pixide argentea servatur dens Iohannis, ita in altera pixide etiam argentea Suessionibus conditus est dens Salvatoris. „ Quae mira dicta confirmasse dicitur pontifex verbis haud scio magis callidis an ingenuis :* Haec sola indigent fide, non contentiosa disputatione. *Immo alias cognitis Suessionensium fraudibus admonemur ne haec temere atque inconsulte recipiamus, sed potius agnoscamus totum libellum, qui in Mettensium monachorum commodum et laudem cedere videtur, ideo a monacho Suessionensi esse compositum ut hoc caput 7 insereretur, quo de dente Salvatoris a Suessionensibus possesso subdole proferretur testis summus ac maxime reverendus Leo papa IX.*

(1.) <S>ublimatus est itaque beatus vita et nomine Paciens quartus presul in Mettensi urbe, Traiano imperante (1). Qui theorie intentus, etiam practice non negligebat fructus... Igitur in australi parte urbis prefate basilicam construxit, quam Deo ac fol. 40.

(1) Temporibus Antonini Pii et Adriani imperatorum, si credas Gestis episcoporum Mettensium, c. 4 (*MG.*, Scr. t. X, p. 535) et Historiae Sancti Arnulfi (ibid., t. XXIV, p. 528). Anno 109 ac proinde sub Traiano a Patiente conditum esse monasterium de quo p. 544, annot. 1, docent Dedicationes S. Arnulfi (*MG.*, t. c., p. 545).

suo preceptori beato aevangelistae Iohanni consecravit. In cuius altari dentem sancti Iohannis dilecti Domini (1) pixide argentea inclusum (2) posuit. Ossa quorundam prophetarum adiunxit, ex omnibus sanctorum apostolorum et aeuuangelistarum reliquiis apposuit, pigneribus etiam sumptis ex dominica cruce, sepulcro, sudario magnificavit, ex venerabilibus etiam matris Domini vestibus honoravit. Hanc basilicam tam ingenio admirabili edificavit ut et significatio virtutum, quibus ecclesia presens fol. 40v. augmentatur et ad celestem aecclesiam properat, in ipso fabrice modulo monstraretur. In quadro enim stabilita monet nos... | Marmoreis duodecim columpnis capitella ex albo marmore habentibus eandem basilicam venustavit ; unumquemque arcum et intersticia [1] columpnarum fenestris totidem illustravit, pavimentum solido lapide paravit, laquear clavis affixum aureis pictura decoravit. Vir enim contemplativus...

(2.) Licet autem actuum scripta beati Pacientis ad nos usque non pervenerint, vel priscorum negligentia vel, quod est credibilius, incursione barbarorum abolita, tamen credendum est fidelibus [quod] in miraculorum virtute, quae primitive necessaria fueruut ecclesie, non impotem illum fuisse...

fol. 41. (3.) |Quia vero causa domini officium veneratur servi, non inmerito Paciens in suo magnificandus obsequio. Is namque gloriosus confessor aeuuangelium beati Iohannis euuangelistae primus gallicanis invexit aecclesiis, dente ipsius muneravit Mettensem aecclesiam. Sedit in episcopatu Mettensi quattuordecim annis. Obiit VI° idus ianuarii, ultimo principis Traiani anno (3). Sub Thelesphoro papa. Sepultus est in aecclesia beati Iohannis euuangelistae, quam ipse construxit ; ubi ipse cum beato Iohanne tanta fideliter petentibus prestat beneficia ut omnis

1. — [1] intersticiis *cod.*

(1) Cf. Dedicationes, l. c : *Fere post passionem Domini centesimo et nono... quartus Metensis urbis sanctus antistes nomine Paciens, edificato monasterio in australi parte eiusdem urbis, in principali eius altari licet non multas, tamen venerabiliores cunctis reddidit reliquias, dentem scilicet sancti Iohannis dilecti Domini* et q. s.— (2) Cf. ibid. (p. 546, l. 45) : *si dentem Iohannis habuit* (S. Patiens) *et vere recondidit in argentea pixide ;* (p. 548, l. 53) : *reperit* (Leo IX) *in argentea pixide contineri dentem sancti Iohannis evangeliste....* — (3) Cf. Nomina episcoporum Mettensium : *Paciens episcopus sedit annis 14, obiit V* (al. *VI*) *idus ianuarii* (*MG.,* Scr. t. II, p. 268 ; t. XIII, p. 305 ; t. XXIV, p. 528).

periclitans seu causa querele seu duellio seu examine aliquo, si adveniens confessus peccata fuerit | missamque cum oblatione fol. 41v illic decantare fecerit, omnino liberetur. Quod in multis probatum est [1]. Sciendum vero est quod duellium et examen non auctoritate canonum, sed ex presumptione fiunt ethnicorum. O itaque laudanda sancti Pacientis merita gloriosa, qui.... fontem omnium intuetur bonorum in secula seculorum. Amen.

(4.) <P>rocessu vero temporis isdem locus ad tantum surrexit culmen honoris ut, si liceat parva componere magnis, sicut quon- Verg. Ge. 4, 176. dam Iherosolimitana urbs dominico magnificata est templo, ita ipsa basilica ex corporis beati Arnulfi sepultura temporalibus bonis est locupletata. Nam quia ipse beatus Arnulfus potentia nobilitatis ac religione sanctitatis alios sui temporis sanctos precesserat, spe ipsius origine † sese ibidem consepeliri fecerunt copiamque possessionum thesaurorumque ibidem contulerunt. Enimvero Ludovicus cognomento Pius cum matre Helgegarda fratreque Drogone archiepiscopo istic quiescit (1). Sed quia homo, propter quem mundana sunt facta.... Nobis peccantibus, etiam ipsos sanctos, proh dolor, Deus permittit ab ethnicis effodi, concremari, dispergi. Ossa Christi precursoris gens Sarracenorum effodit, conbussit, dispersit. Quis beatior illo, teste Domino? | Gens Hunorum provinciam Gallorum devastavit, urbes et aeccle- fol. 42. sias, consentiente Deo, incendit, multa sanctorum corpora conbussit. Numquid inde sancti viliores....

(5.) <U>t autem ad incepta redeamus, post multum temporis domni abbatis Gvarini instantia prefata aecclesia Sancti Iohannis aevangeliste senio ac incendio a suo decore immutata (2) augustius [1] est renovata. Ad cuius consecrationem cum invitasset domnum papam Leonem nonum (3), reclusis sanctorum pignoribus quae a beato Paciente iam olim in altari erant inclusa, non

3. — [1] vel experti sumus *add. m. pr. sup. lin.*
5. — [1] angustius *cod.*

(1) De sepultura Ludovici et Hildegardis cf. Böhmer-Mühlbacher, I², 261 b, 1014 c ; de Drogone vid. Nomina episcoporum Mettensium *(MG.*, Scr. t. II, p. 269 ; t. XIII, p. 306 ; t. XXIV, p. 529). — (2) Cf. Dedicationes : *Prolixo denique processu temporis cum iam praedictum suo defecisset gravi senio monasterium... (MG.*, Scr. t. XXIV, p. 545). — (3) Eam consecravit circa diem 10 octobris 1049 Cf. Vita Leonis IX auct. Wiberto, l. II, c. 5 ; Jaffé-Loewenfeld, t. I, p. 533.

sine astantium admiratione dentem sancti Iohannis aeuuangeliste in pixide inclusum argentea invenerunt. Aderant ibi tres metropolitani ac sex episcopi cum domno papa; qui dum stuperent (1), admirantes tam preclarum pignus in loco fama minori quam dignitas exigebat repositum, ac minus fidei preberent assensum, ait sanctus papa, elevatus contemplationis penna (2):

(6.) " Si Dei opera comprehenderet ratio humana, creator videretur minor sua creatura. Si ad quantitatem loci respicitis, Deus „ nusquam est loco, sed in Deo est universitas locorum. Si de „ perfecta resurrectione corporum meditamini et redintegrationem corporis, constat quia quae minus hic habentur illic restituentur, quae superflua sunt aptabuntur. Si de avulsione istius „ dentis dubitatis ab ore sancti Iohannis, cum profecto, ut creditur, iam fruatur resurrectione generali cum gloriosa Dei genitrice, summoveat hoc scrupulum omnipotentia | deitatis; quia, „ sicut pueris cadunt dentes primi et succedunt alii, sic fecit, si „ sibi complacuit. Et quid in servis miramur haec, cum preputium Christi ac superfluum eius umbilici necnon naturales „ corporis immutationes in dentibus, in recisione unguium, in „ fluore capillorum, credantur remansisse in terris, et insuper „ cicatrices vulnerum eius adhuc serventur in celis? Si veram in „ Christo credimus humanitatem, oportet nos in eo fateri carnis „ mutabilitatem. Si obicitur quod de quibusdam legitur sanctis „ quia nec o[c]culi eorum sunt caligati nec dentes moti nec vestes „ inveterate, sciendum subveniendo fragilitati [1] vestre hoc evenisse; famem [2] vero et laborem Christum passum esse, pro vera „ humanitate sui comprobanda fecisse.

fol. 42v.

Cf. Deut. 34, 7; II Esdr. 9. 21.

(7.) „ <V>estre reducendum duco memorie dignum quod nuper „ in concilio Remensi (3) coram multis relatione probabili confir-

6. — [1] fragilitate. — [2] fanem.

(1) Ipsum pontificem primo dubium haesisse docent Dedicationes: *reperit in argentea pixide contineri dentem sancti Iohannis evangeliste. Qui dum cum tribus metropolitanis et sex astaret episcopis, sollicitus ad quam partem preberet sui consensus auctoritatem...* (ibid., p. 548, l. 53 sqq.). — (2) Orationem Leonis IX paucioribus neque iisdem sententiis proferunt Dedicationes, l. c., p. 546, l. 5-14. — (3) Quod paulo ante, die 3 octobris 1049, celebratum erat. Cf. Jaffé-Loewenfeld, t. I, p. 532-33. Vid. etiam amplam Anselmi monachi de hoc concilio narrationem in libello *BHL.* 4825; in quo utique minime reperies ea quae hoc c. 7 narrantur.

„ matum est mihi. Quidam demoniacus circumquaque iam ductus
„ a suis pro adipiscenda sanitate, adiuratus confessus est nullo
„ modo se recessurum nisi presentia dentis Christi Salvatoris.
„ Interrogatus ubinam ille contineretur dens, respondit : “ Sues-
„ „ sionis ad Sanctum Medardum. „ Ductores frenetici, licet non
„ crederent demoni, tamen temptaverunt eventum rei. Ad San-
„ ctum Medardum venitur; quae demon dixerat referuntur. Audita
„ divulgantur, mentes in diversa rapiuntur. Tandem quidam
„ senex plenus dierum affuit, qui dubios tali ratione instruxit:
„ “ Dum essem adolescentulus, inquisitio facta est reliquiarum
„ „ huius loci, quarum copia non minima penes nos continetur,
„ „ divulgatumque fuit tunc temporis quod dens Salvatoris inter
„ „ alia contineretur pignora. Sed quanto insignius, eo et studiosius
„ „ occultatum. Igitur, premisso ieiunio et oratione, si placet,
„ „ requiratur. „ Iuniores haec audientes hylariter ei obediunt,
„ questionem repetunt, pixidem repperiunt argenteam continen-
„ tem superscriptionem : DENS SALVATORIS. Quam tollentes
„ venerabiliter, cum prefatus demoniacus, qui prius sibi apposi-
„ tas quasi spreverat sanctorum reliquias, eam aspexisset, tre-
„ mens ac supplex horribiles ingeminat voces : “ Iesu, Iesu nobis
„ „ nimium terribilis, ecce | me eicis ; vehementi ardore presen- fol. 43.
„ „ tia tui me urget.

(8.) „ Ecce, dilectissimi, quam bene consonant opera Dei testi-
„ monio vatis. Dicit enim : *Eloquia Domini eloquia casta, argen-* Ps. 11, 7.
„ *tum igne examinatum.* Ecce dens Verbi Patris cum dente pre-
„ conis Verbi eodem includuntur metallo. Haec sola indigent fide,
„ non contentiosa disputatione. Solatia sunt presentium, fortitudo
„ credentium, representatio archanorum, quae tantum sunt reve-
„ renda quanto sacratiora. Igitur cum supplici veneratione con-
„ signemus in altari solempneque nostrum compleamus officium. „

(9.) Assentientibus qui erant saniori mente, quidam Herbertus Romaricensis cancellarius contradicebat (1), infirmabat dicta pape, quousque promeruit flagellum suae incredulitatis, ut quondam ille Heliodorus in usurpatione Hierosolimitani repositorum templi. Nam isdem Herbertus in sua durans pervicatia, dum post

(1) Cf. Dedicationes (t. c., p. 546, l. 18) : *quidam cancellarius nomine Herbertus.., eo die incredibiliter et infirmiter resistens omnibus...* Vid. etiam alteram narrationem allatam ibid., annot. 4: *Herbertus Romarici montis cancellarius ...incredulae mentis...*

refectionem de supradictis certans, cum aliis transeundo ante aram beati Iohannis aeuuangeliste, lapsus poplite, percussus est paralisi<s> incommoditate. Extollitur itaque clamor astantium, domnus apostolicus a cubiculo quo intraverat evocatur, accurrit, pro infirmo preces fundit. Facta oratione, apostolicus accedit propius, infirmum iam melius habentem hortatur ad culpe obstinationis confessionem. Ille culpam fatetur ; apostolicus indulgentiam huiusmodi verbis largitur : " Sicut verum est „ quod dens beati Iohannis aeuuangeliste a beato Paciente „ inclusus argentea pixide a nobis hodie altari est repositus „ et ab oris tui confessione cor non discrepat, sic ipsius beati „ aeuuangeliste auxilio ac nostre humilitatis prece salutem cor- „ poris Dominus tibi restituat. „ Mox in conspectu astantium, cum eger subiunxisset: " Amen „, surrexit domumque sospes rediit horumque non infimus testis (1). Preterea et quaedam sanctorum ossa pregrandia sunt in altari reperta et reposita, quorum nomina, scriptura vetustate abolita, ignorantur (2).

XVII. Miraculum S. Agnetis.

Duas fabulas de sacerdotibus quos, accepto anulo, sibi imago S. Agnetis desponsaverit, narrat Iacobus a Varagine (3), *quarum altera haec est :* Alibi tamen legitur quod, cum ecclesia Beatae Agnetis rueret, papa cuidam sacerdoti dixit se sibi velle quandam sponsam custodiendam et nutriendam, scilicet ecclesiam Sanctae Agnetis, committere, dansque ei anulum iussit ut dictam imaginem desponsaret ; quam, illa extendente et retrahente digitum, desponsavit. *Ubinam hoc legerit Iacobus, incertum ; forsan in ipsa narratione cuius exemplar saeculo XV*

(1) Aliter Dedicationes, l. c., ubi narratur Herbertus super cryptae gradus fracto crure cecidisse, neque additur illum statim esse sanatum. Quod scriptor noster ad maiorem admirationem conciliandam finxit. — (2) Cf. Dedicationes (t. c., p. 545, l. 35) : *cum quibus etiam duo ab eodem* (S. Patiente) *reposita sunt ossa sanctorum, quorum nomina et quedam de eis scriptura ita penitus sunt pre longa vetustate abolita ut, quamquam per diligentissimam inquisitionem, nullam quiverim hactenus habere sciendi cognitionem.* — (3) Leg. aurea, c. 24, § 4 (ed. Graesse, p. 116).

descriptum servavit codex Ottobonianus 441, fol. 7-8v (1). *Ex quo cum eam accepisset Mabillonius, illius epitomen in Annalibus suis protulit atque secundum eam docuit anno 817 moniales latinas in monasterio Sanctae Agnetis via Nomentana in locum monialium graecarum a Paschali I papa esse substitutas* (2). *Sed haec non vere dicta esse documentis multo gravioribus atque praesertim litteris pontificum Romanorum docemur, quibus constat monasterium primo incoluisse moniales (ordinis S. Benedicti, ut videtur), postea monachos, inde clericos; demum anno 1112 a Paschali II papa, remotis clericis, abbatissam cum sororibus suis esse constitutam* (3). *Ceterum totus libellus fabulam prorsus olet atque scriptorem prodit, etsi Iacobo a Varagine forsan anteriorem, certe non valde antiquum; eundem scribendi peritum non fuisse vel ipsa prima sententia satis superque ostendit.*

Incipit miraculum.

(1.) Ad honorem Iesu Christi, qui in sanctis suis sua clementia miracula di[n]gnatus est ostendere, inquid ipse: *Pater meus* Ioh. 5, 17. *usque modo operatur, et ego operor*, et ipse Iesus Christus in rebus insensibilibus miracula multa hostendit; quanto magis per electos suos ad corroborationem sacre fidei meritis sanctorum atque sanctarum, ut in executione miraculorum spes fidelibus multiplicetur. Devotioni igitur sacratissime virginis et martyris Agnetis miraculum per ipsius picturam (4) in Christi nomine

(1) Cf. supra, p. 426. — (2) *Annales O. S. B.*, lib. XXVIII, § LXXV (t. II, p. 443). — (3) Vid. P.-F. KEHR, *Regesta pontificum Romanorum. Italia pontificia*, t. I (Berolini, 1906), p. 158-59. Cf. etiam Fl. JUBARU, *Sainte Agnès* (Paris 1907), p. 310-11. — (4) Manum ad anulum accipiendum protendisse non picturam, sed statuam S. Agnetis intellexit Mabillonius l. c., atque intellegendum censuit Dom. Bartolini *(Gli Atti del martirio della nobiliss. vergine romana S. Agnese*, Roma, 1858, p. 136-37), cum neque pictura anulum arripere posset, neque ad eam, utpote in summa abside basilicae positam, pateret accessus. Quod si ipsum libellum, quem ex solo Mabillonio novit, legisset Bartolini, vidisset scriptorem manifeste de pictura loqui (cf. c. 1, 5) atque finxisse, ut ad eam presbyter accederet, turrem ligneam retro altare esse fabricatam (c. 5). Frustra igitur et perperam huiusmodi exegesi usus est ut veri paulo similior fieret mira narratio.

cernitur esse factum, sicut patet usque in praesentem diem in oculis intuentium Grecarum sanctarum monialium in monasterio beate virginis Agnetis.

(2.) Erat tunc temporis monasterium iam prelibatum iam fere destructum [erat]. Unde grece sancte moniales destructionem pii loci domino pape Passcasio bone memorie, lacrimas multas in conspectu eius fundendo, denuntiarunt. Tunc dominus papa, motus precibus et lacrimis sanctarum monialium, ad memoratum monasterium perrexit. Intrante quoque in monasterio, vidit virgulta nata et vepres intra monasterium sicut in saltu, et tecta fracta. Cepit lacrimabiliter flere et fidem adhibuit verbis monialium, cogitans quomodo posset sanctum locum reintegrare. Divina clementia venit ad mentem ipsius de quodam presbytero, qui uxorem decursis paucis diebus amiserat, de qua filios habuerat. Et quoniam probus erat sacerdos in laboribus manuum suarum, cogitavit eidem sanctum monasterium ad exercendum prebere.

(3.) Reversus igitur dominus papa in basilicam Lateranensem, ad memoratum presbyterum Iohannem, qui erat in urbe, nuntium destinavit. Qui veniens ad dominum papam, flexis genibus, cecidit in faciem suam ante pedes apostolici, et dixit : „ Domine, „ quid placet vobis precipere ? „ Dominus papa Passcasius respondit : „ Ex quo uxor tua defuncta est, volo et iubeo meo precepto „ tibi dare aliam. „ Qui tremefactus presbyter Iohannes renuit aliam ducere, et sua insinuatione volebat ostendere et adserebat quod celibem vitam deinceps volebat ducere. Ad quod papa respondit : “ Precipio tibi quod tu aliam secundum meam volun- „ tatem accipias, quoniam ista<m>, que nuper defuncta est, per „ meam voluntatem non habueras. „

(4.) Tunc demum sacerdos reversus in domum suam suis natis hoc ordine narravit et totam seriem eius flendo declaravit. At vero filii dederunt consilium patri ut preceptum domini Passcasii tamquam verus obediens impleret. Presbyter autem, accepto consilio a suis natis, cum festinatione reversus est secundo die ad dominum papam, et obtulit se totum sue sancte iussioni, dicens quod volebat recipere uxorem. Et papa yllaris factus ascendit in mulo et duxit secum presbyterum Iohannem ; comitante tota curia Romana, ad sanctum monasterium properarunt, et descendentes in monasterio, visa destructione pii et sacri monasterii, quod iam dudum a Constantino fundatum et posses-

sionibus ditatum, et quoniam frutecta iam facies parietum operuera<n>t et pavimentum iam non comparuerat pro habundantia pluvie, interim dominus papa flevit dure et fudit preces Domino cum lacrimis, ut dignissima sua sancta pietate et misericordia miraculum per sanctam imaginem virginis et martyris Agnetis ipse Christus hostenderet.

(**5.**) Qui surgens ab oratione perrexit retro altare, et fecit in vestibulo post altare turrem ligneam ad i<n>star thalami erigi, et confisus de Domini misericordia ascendit intrepidus cum dicto presbytero dominus papa, et extraxit sibi anulum, et dicto sacerdoti dedit, et sic dixit : “ Ista erit uxor tua. „ Presbyter autem territus effectus est, quoniam non intelligebat ea que dicebantur. Cum timore de manu apostolici accepit anulum. Iterum dixit ei dominus papa : “ Iubeo tibi in nomine Iesu, cui omnia possibilia „ sunt, quod tu arres eam in Christi nomine. „ Tandem sancta ymago virginis Iesu Christi sequestravit dextram manum a pariete et in digito anelario de manu presbyteri Iohannis recepit anulum, sicut patet usque nunc in oculis intuentium. Et sicut solent mulieres dearrare in fide sacri coniugii, ita iste presbyter arravit eam. Ymago vero sancta, accepto anulo gemmato, restituit manum suam in parietem muselatum. Ad quod miraculum presbyter obstupefactus cum reverentia prostravit se ad pedem eius dextrum, et, res mira valde, pedem suum dextrum porrexit ymago virginis presbytero pedem deosculari [1] volenti, sicut in ymagine usque in hodiernum diem apparet pes ultra sedibile protensus, et vive vocis testimonium ancille [2] Christi abbatisse necnon et aliarum hec indubitanter affirmat.

(**6.**) Tunc dominus papa descendens de thalamo cum presbytero, peracto miraculo, una cum omnibus qui simul aderant ad spectaculum istud laudaverunt Deum et benedixerunt Dominum. Et tanta fuit exultatio sancte Romane ecclesie et coadunatio fidelium quod vix pro tanta exultatione lacrimas substinere [ne]quibant immensi miraculi et restauratione pii loci. Presbyter vero Iohannes ultra non est reversus in civitatem, sed permansit in sancto monasterio tempore vite sue, deserviens totis viribus beate Agneti. Et non est dubium quod suis laboribus et honestis offitiis Deo oblatis monasterium totum restauratum est in felici-

5. — [1] deosculans *cod.* — [2] ancillarum *corr. al. m.*

tate panis et vini. Et moniales de Urbe latinas bonas et castas ordinari fecit. Dominus papa reversus est ad basilicam, peracto miraculo. Presbytero vero morante in monasterio usque in finem sue sacre vite, in senectute bona obiit in pace, et fuit sepultus inferius iuxta portam beate virginis Agnetis.

(7.) Populus vero Romanus, magni et parvi, ad sanctum monasterium cucurrerunt, nullum spectantes alium, et exultatione miraculi omnes flebant, et revertebantur gaudentes et laudantes Deum, et benedicentes Dominum. Et adhuc multi theotonici et ultramontani appetunt videre tale miraculum, lacrimis genis rigatis. Omnes qui credunt miraculum et desiderant videre, magnam remunerationem habebunt a Domino, quoniam ipse dixit : *Beati*
Ioh. 20, 29. *qui non viderunt et crediderunt.* Miracula eiusdem virginis in longum extendere nequeo. Istis que breviter perstrinsi fidem adhibere non dubitetis. In honore ipsius Iesu Christi credatur et meritis beate virginis, ut qui crediderint in fine recipiant
Marc. 9, 22. premium, quia, ut veritas dicit, omnia possibilia sunt credenti,
Ioh. 7, 38. et qui crediderit flumina de ventre eius fluent aque vive. Abra-
Gen. 15, 6. ham credidit et reputatum est ei ad iustitiam. Unde rogo, suggero et ortor ut omnes qui hoc miraculum legerint, firmiter credant et legendo in ista pagina in sacram ymaginem respiciant, et videant anulum, et gemmam micantem, et pedem protensum, laudent Deum et benedicant Dominum, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

(8.) Sicut vidi oculis corporeis propriis, ita fideliter secundum parvitatem scientie scripsi ; nil addidi vel detraxi. Actum est hoc miraculum tempore Pascasii pape I sub anno dominice [1] incarnationis D.CCC.XVII, a constructione sancte ymaginis anno C.XC.II., que fuit constructa tempore Honorii pape I (1), ab incarnatione vero Domini anno DC.XXV.

8. — [1] dominico *cod.*

XVIII. Narrationes de S. Furseo.

In codice Barberiniano lat. 518 manu saec. XII/XIII descriptae sunt, fol. 59-60ᵛ, post Vitam S. Fursei BHL. 3215 *et narratio-*

(1) Reapse tempore Honorii confecta est pictura omnibus nota.

nem Bedae de eodem sancto (BHL. 3212) *fabulae quaedam* (1), *quas necdum alibi repperimus, praesertim de stigmate illo quod, ut refert Beda, sanctus poenae causa pertulerat, quod hominis in peccatis mortui vestimenta accepisset. Expositae autem sunt — vitio sive scriptoris sive librarii — sermone inculto, ut non solum emendari, sed ne intellegi quidem omnia possint.*

(**1.**) <P>lurima gestorum insignia beati Fursei altrix Hibernia, quibus caret Gallia, celebri colit memoria. Quorum pauca, sed fructuosa, intercedente religiosorum interpretatione, scriptore ruditatis quam negligentiae argui gestiente, excipiuntur in haec verba.

(**2.**) Praeclara beati Fursei visio, immo manifestissima iudiciorum Dei et saluberrima omnibus orthodoxis revelatio a modicae fidei lectoribus prae inaudito angelorum daemonumque conflictu nullatenus reciperetur, nisi a venerabili Beda presbytero approbaretur et irrefragabilibus signis in visione acceptis et evidentissimis miraculorum argumentis sanciretur. Insuper necesse est auctorizari quod in occidentalibus et cismarinis partibus longe lateque constat celebrari. Nec abhorret a veritate tam praecellentem visionum apicem ab eo praerogari posse qui trina mortis iteratione et spiritualibus plagis in novum genus martyrii de anima in corpus ineffabiliter translatis, genuini ordinis titulum vendicans, utroque meruit, martyris scilicet et confessoris, nomine censeri, et qui ab utero matris propheta coruscans miraculis enituit ac floscida virginitate sacerdotii dignitatem et pontificis maiestatem serenavit.

(**3.**) Igitur egregius Dei confessor Furseus, martyr eximius, lucidissimus prophetarum, evangelista perspicuus, heremorum illustrator, pontificum apostolicae delegationis reverentissimus, amplificus ecclesiarum propagator, praedicator efficacissimus, omnibus sanctitatis et gratiarum titulis praeditus, in praetaxata visione ab angelo duce fuit ammonitus loca ustionis post extremam susceptionem corporis ob remedium incendii viva fontis [1] aqua perfusum iri (2). Quo expleto, sentiens se supra statum [2]

3. — [1] fortis *m. pr.* — [2] stratum *cod.*

(1) Cf. supra, p. 456[5]. — (2) Cf. Vita *BHL.* 3209, num. 32 (*Act. SS.*, Ian. t. II, p. 40) : *Dixitque ei angelus : " Reviviscens corpus tuum aqua fontis superfundatur... "*

hominis omnimodae extorrem[3] passionis, mira ductus providen- Cf. II Cor. 12, 7. tia precavit ne magnitudine revelationum [4] extolleretur † prestum, si stigmate [5] spiritualis militiae facies insigniretur [6], in toto corpore nihil molestiae supernam conservantis gratiam sentiretur, et foris ostenderetur quod intus non gereretur.

(**4.**) Proinde post sublimitatem visionis in passionibus huma- Cfr. ibid. 9. nae <in>firmitatis apostoli imitator gestiens gloriari, supplicatione incredibili intolerabilem passionem, quae lupus vel regius morbus nuncupatur. in collo quod lacerna malitiosi hominis fibulaverat, invisibiliter sed non insensibiliter gestare a superna dispensatione obtinuit. Quem lupum tribus carnium buccellis ore sumptis ter in ebdomada pascebat, non ut sapore delectaretur, sed ne infirmitati[1] propriae[2] morem gerere dedignaretur. Verumtamen quotiens remissius angi volebat, ut liberius orationi vel lectioni seu praedicationi vacaret, aquis fontium aspergi consueverat, uti semel ab angelo ammonitus fuerat ; quod liquido conicere possumus. Etenim ubicumque habitasse vel ecclesias instaurasse usque in solis occasum dinoscitur, ibidem fontes, quorum ipse auctor esse creditur, aliis elegantiores et plurimis illustrati miraculis reperiuntur.

(**5.**) Denique invincibilis agonista, legionibus daemonum triumphatis, infernalibus incendiis altrinsecus assultantibus superatis, nexibus bis victae mortis elusis, morbo non detentus gravissimo, Romam proficiscens, maris et terrae periculis imperans, plebem plurimam signorum praedicationis celebritate [1] obiter ab erroribus suis Deo mancipans, angeli ducatu limina beati Petri et Pauli devotissime *(foliis perditis, cetera desunt).*

— [3] exteriorem *corr. al. m.* — [4] revelatio *m. pr.* — [5] staegmate *cod.* — [6] insigneretur *m. pr.*

4. — [1] infirmitatis *corr.* — [2] proprium *cod.*

5. — [1] celebretate *ante corr.*

INDEX SANCTORUM

(B = Bibliotheca hagiographica latina.)

Bartholomaei Tridentini Epilogus in gesta sanctorum : Barb. 2300.

Gerardi de Fracheto Vitae Fratrum Ord. Praedicatorum : Palat. 866[1] ; Reg. 584[1].

Gregorii Turonensis liber in gloria confessorum : Palat. 865[2].

— — liber in gloria martyrum : Vatic. 636 A ; Reg. 530[1].

— — Vitae patrum : Palat. 865[1].

Legenda aurea : Vatic. 1224, 1225, 1226, 1227, 1228, 7592[1], 9301, 9303, 10187[1], 10188 ; Palat. 847, 848[1.2.4.5], 849 ; Reg. 485, 533, 534[2], 1848 ; Ottob. 223, 331 ; Burgh. 3. Cf. Vatic. 5084[1-13. 15. 16].

Martyrologium Bedae metricum : Palat. 235[2].

Martyrologii hieronymiani breviarium : Reg. 435[1].

Narrationes de sanctis : Ottob. 862[2].

Originalia sanctorum : Ottob. 862[1].

Petri Calo legendae de sanctis : Barb. 713, 714.

Petri de Natalibus Catalogus sanctorum : Ottob. 225.

Vitae sanctorum abbreviatae : Vatic. 1198[1] ; Reg. 546. — Aliae : Barb. 2318[1].

